



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Nicolai Lancicii E Societate Iesv Opvscvlorvm Spiritvalivm  
Tomvs ...**

**Łęczycki, Mikołaj**

**Antverpiae, 1650**

Opvscvlvm Secvndvm. De exteriori Corporis compositione hominibus  
spiritualibus necessaria, deu de Minimis in Dei obsequio curandis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78809](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78809)

# NICOLAI LANCICII

## E SOCIETATE IESV OPVSCVLVM SPIRITVALE SECVNDVM

DE EXTERIORE CORPORIS COMPOSITIONE  
Hominibus spiritualibus necessariâ,  
SEV DE MINIMIS IN DEI OBSEQVIO CVRANDIS.

### INDEX CAPITVM

#### HVIVS OPVSCVLI.

<b>P</b> roœmium.		
De ciuilitate morum & externâ mode- stia &c.	CAP. I.	De Oratione. CAP. IX.
De mortificatione Gustus.	CAP. II.	De actibus verarum virtutum, & multi- plicatione meritorum. CAP. X.
De mortificatione Tactus.	CAP. III.	De vsu oris, labiorum, & lingua. CAP. XI.
De mortificatione Visus.	CAP. IV.	De vsu manuum, digitorum, & brachio- rum. CAP. XII.
De alijs corporis vexationibus.	CAP. V.	De incessu & vsu pedum. CAP. XIII.
De Paupertatis actibus.	CAP. VI.	De vsu oculorum. CAP. XIV.
De Castitate & Honestate.	CAP. VII.	Notanda tempore prandij & cœna. CAP. XV.
De Obedientia studio.	CAP. VIII.	

Index rerum præcipuarum huius Opusculi, ordine alphabeti po-  
netur in fine totius operis.

#### PROOEMIUM.

1.  
1. Offic.  
cap. 3. o.



Sæpè Deus nõ attendit, quid  
facias, sed quo affectu, &  
modo aliquid propter ip-  
sum facis. Affectus, inquit S.  
Ambrosius, diuitem collatio-  
nem, aut pauperem facit, & præ-  
tium rebus imponit. Quocirca  
sæpè res, quæ videntur in se paruæ, pluri ab eo  
fiunt, quàm res magnæ ad speciem: yti illa duo  
minuta Euangelicæ Viduæ, magis Domino pla-  
cuerunt, & iudicata sunt maiora, quàm dona  
diuitum, in se copiosiora. Quod ponderans S.  
Ephræm: Iusti, inquit, paruis actionibus magis Deum  
secunt, & placent, præ nonnullis qui multa faciunt.  
Non enim ad actionem respicit Deus, sed ad propositum

2.  
Luc. 21.  
tom. 3. S.  
de pœnit.

voluntatis: & non intuetur, quod sit, sed quo quid stu-  
dio ac propensione peragatur. Vidua paupercula duo-  
bus obolis superauit diuites, auro abundantes. Deus  
enim, vt ait S. Cyprianus, non de patrimonio, sed de  
animo examinat. Et S. Martini pannus à veste  
abscissus, plus, quàm aliorum elemosynæ am-  
pliores à Deo non laudatæ, Deo fuit acceptus.  
Quia nulli, vt scribit S. Leo, paruus est census, cui ma-  
gnus est animus. Nec de modo familiaris rei, mensura  
miserationis pendet, ac pietatis. Nunquàm merito ca-  
ret, etiam in tenui facultate, bonæ voluntatis opulenti-  
a. Præstat, inquit S. Gregorius Nazianzenus, exigua  
portio maximi pretij, multis vilibus & periculosis opi-  
bus, & parum auri, multis plumbi libris. Vnde meri-  
tò Beatissima Virgo Maria de Deo differens, S.  
Bri-

1. de opere  
& Elec.  
3.  
S. a. Qu-  
dra 3.  
Orat. 1.  
4.  
Bri-

Brigitte dixit: *Quicumque ipsum colligere voluerit, hilari mente satiare eum poterit, etiam mica panis, si voluntas sui bona. Vestire eum sufficit filo, si charitas est ardens. Potare eum poteris stilla, si affectus fuerit re-ctus. Nec opus, nec facultatem solam attendis, sed ser-uentem voluntatem, & quâ opus factum fuerit inten-tione.* Si ergo minima quæque feceris simplici, sed ferventi affectu, propter Dominum Deum tuum, desiderans exhilarare cor diuinum (quod etiam calice aquæ frigide pauperi dato recreatur) ne dubites te harum rerum paruarum frequen-tatione, id affecurum. Quemadmodum enim Deus S. Catharinam Senensem docuit, *Omnes nos conduxit, vt Laborem in vineâ obedientiæ diuersis modis, & omnibus impendatur pretium, secundum a-moris mensuram, & non secundum opera, neque secun-dum mensuram temporis.* Hinc vt obseruauit S. Hieronymus; *Illum, qui de quinque talentis decem fecerat, & qui de duobus quatuor, Dominus simili re-cipit gaudio: neque considerat lucri magnitudinem, sed studij voluntatem.* Quoniam verò, vt bene docet S. Thomas, *sermones morales vniuersales, minus sunt utiles, eò quod actiones in particularibus sunt; & vt idem alibi docet: Omnis scientia operatiua tantò perfectior est, quantò magis particularia considerat, in quibus est actus.* Nos quoque in hoc Opusculo particularia & minuta quædam recensebimus, in quibus magni serui Dei, non in suo tantum tyrocinio, sed in maturitate ætatis & virtutis, diligenter & ferventer se exercuerunt, tum se-ctando, quæ facere poterant, tum fugiendo, vel mala vel indifferentia, ex quorum fugâ posse fieri aliquam accessionem meritorum & gustus Diuini, sperabant, per sensuum & affectuum suorum mortificationem assiduam, ex Dei a-more susceptam. Nam vt bene dicebat Frater noster Alphonsus Rodriguez (vti habetur in Processu pro eius Canonizatione factò) *duo sunt pedes anime, quibus ad perfectionem progredi-mur, mortificatio & amor Dei, illa est sinister, hic dexter.* Recensebo ergo in hoc Opusculo pluri-ma minuta præsertim ad exteriorum corporis compositionem & modestiam spectantia, vt tum alij, tum præcipuè vitæ spiritualis sectato-res præsertim tyrones, habeant præ oculis qui-bus modis corporis sui membra & sensus exhi-bere debeant, vt monet Apostolus Rom. 12. 1. hostiam sanctam, Deo placentem, & vt videant circa quas virtutum functiones, occupari pos-sint, & ex his quæ commemorabo, alia quoque excogitare & exequi, si suorum Maiorum vo-luntas accesserit.

7. Quod si aliquid ex his, aliisque rebus vetue-rint, abstinendum erit omnino, tum quia *melior est obedientia quàm victima;* vt spiritu Dei motus Samuel dixit Propheta, Sauli Regi inobedienti, tum quia ipsa voluntas pij operis non carebit mercede. Deus enim, vt ait S. Theodorus Studita, *vt est misericordia largus, virtuti deditum, vel ob pro-positum remuneratur.* Non tantum in rebus ma-

gnis, sed in minimis quoque, quia vt scribit Ba-silius: *Animi promptitudo in rebus, quantumuis mini-mis, accepta est Deo.* Qui, vt ait S. Chrylostomus, *omnia facit & satagit, vt ex minimis te coronet.* Li-cet, vt alibi idem ait, *vilissima sint, quæ fiunt, iustifi-cationis mercedem non amittimus.* Ne quis autem minoris, quàm par est, faciat, hanc circa res mi-nimas præsertim exteriores, institutionem, duo-rum meminerit: Primum S. Chrylostomum inter alia encomia Euangelicorum Scriptorum, quorum Euangelia anteponit omnibus anti-quorum Philosophorum libris, hoc quoque at-tulisse: *Nostri, inquit, Magistri, non solum opus turpe condemnant, neque tantummodo concupiscentiam prohiberi contenti sunt; sed & vultum impudicum & lasciuia verba, risumque ineptum, sed & habitum inor-dinatum, incessum inconditum atque clamorem: & omnino vsque ad humilia præcepta deducunt diligen-tiam discipline.* Secundum, quod humiles istas in-stitutiones maximo opere commendat, est San-ctorum eximiorum autoritas, qui non sunt de-dignati minutissima quæque suis commendare, vt passim in hoc Opusculo apparebit, ex lectis primariorum Ecclesiæ Doctorem, & aliorum Sanctorum sententiis, quas ex ipsis eorum li-bris, multorum annorum acervatâ lectione, huc transtuli. Quinimò Deum ipsum immediatè, vel per se, vel per Angelos lucis, multa eiusmodi seruos docuisse testantur Historiæ Eccle-siasticæ & vitæ Sanctorum, vti suis locis de-monstrabo.

Non sunt ergo negligenda talia, quia, vt Spi-ritus Sanctus monet: *Qui timet Deum, nihil negli-git.* Virtus enim magna, in minoribus semper experi-mentum capit, inquit S. Valerianus. Quocirca iuxta S. Ambrosij consilium: *In minimis proban-dum est constitibus, quàm viriliter in maiore certami-ne stare possimus.* Et vt scribit S. Chrylostomus: *Si auri micæ ex terrâ effodientes nulli labori parcent, & omnia grauias ferunt, vt possint aurum è terrâ eruere, multò magis iustum fuerit, vt ex minimorum curâ cælestes congregemus meritorum the-sauros pretiosiores super aurum & topazion.* Sanè, si, vt obseruauit idem S. Chrylostomus, *Non putauit se indignum & vile Paulus, etiam de ca-pillorum ornamentis, admonere mulieres; nec nostro labore indigna erunt monita de rebus paruis.* Quia, vti dicebat P. Balthasar Alvarez, *substan-tia mortificationis in eo consistit, vt in rebus omnibus, etiam minimis, adhibeatur, vt non solum rebus ac per-fectis in ipso statu suo esset, sed etiam in eius minutis.* Et ita ipse suâ etiam in minimis mortificatione abstu-lit omnia sui profectus impedimenta, vicit passiones suas, & obtinuit magnam spiritus libertatem, sui-que ipsius & affectuum omnium tam exactum do-minium, vt nemo illum surbatum aut iratum vi-deret: passiones enim quæ antea ipsum impediabant, nunc non solum non nocebant, sed rationi obtempe-rabant in iis qua illa iubebat, quod aiebat esse grande miraculum gratiæ Dei: cuius virtute, qui antea nos

8. Moral. Reg. 37. cap. 1. hom. 32. ad pop. hom. 12. ad pop. 9. hom. 1. in Matth. 10. Eccle. 7. 19. hom. 16. de bono Marr. 1. 1. Offic. cap. 10. hom. 39. in Genes. 11. hom. 41. in Genes. vit. c. 4. pag. 48.



oppugnabant, ac ladebant iam profum & adiuuant.

## CAPVT PRIMVM.

## De ciuilitate morum &amp; externâ modestia.

12. **E**Xteriores motus, & actiones corporis, tanti sunt momenti in scholâ Christi, vt S. Thomas Doctor, non tantum vitâ, sed etiam scientiâ Angelicus, dicat, ac probet, esse aliquam virtutem specialem quæ versatur circa compositionem motuum corporis exteriorum, eorumque moderationem. Mortalium Regum ministri, inquit B. Laurentius Iustinianus, & terrenis Imperatoribus famulantes, quotiescunque se suorum præbent aspectibus Dominorum, cunctas, quas vel in vestibus, vel in facie gerunt, sordes, diluere studiosè conantur, nequid in ipsis incompositum, aut indecorum appareat, quod oculis Principis despicabile videatur. Dignum quippe est, vt, quicquid sordescit, quicquid deformis est, amoueant à se, quatenus aspectus illorum alliciant quibus placere concupiscunt. Capitur etenim animus plerumque ex ornatu & speciositate creaturarum. Hanc regulam, hunc quoque morem solerter custodire debent omnes aeterno Regi militantes. Illis namque congruit ita exteriorem habitum, corporis gressus, morum actus, anima cogitatus, animorum affectus componere, vt nihil in eis reprehensibile agnoscat &c. Propterea Angelicam conuersationem tenere conentur, quotquot celsi Domino gratissimum desiderant exhibere famulatum. Ideo mirum non est, non tantum à Sanctis post Apostolorum tempora commendari nobis, exteriorem corporis compositionem & morum honestatem ac decorem, & certum vsum vestimentorum, immo & calceamentorum, & his affinia à S. Pachomio in Regola, S. Ephræm, S. Basilio, S. Dorotheo, S. Hieronymo, B. Iuliano, S. Vincentio Ferrerio, S. Bernardo, S. Bonaventura, S. Ignatio, & aliis, & ante hos omnes à Clemente Alexandrino in pedagogo, sed ab ipsis quoque Apostolis. Nam S. Clemens Papa & Martyr S. Petri discipulus, & comes S. Pauli & (vt illum appellat S. Paulus Apostolus) eius Adiutor, in Constitutionibus Apostolicis à se scriptis, pluribus in locis, Apostolorum nomine præscribit varia monita circa res minutas & seruanda ab aliis & ab ipsis Episcopis & Presbyteris. Nolo recensere omnia. Quid est vilius femoralibus & crepidis? & tamen de his etiam Apostoli modos tradiderunt, bene uti vtendi. Nam l. 1. contit. c. 4. tale scripsit Apostolicum monitum, valdè necessarium hoc tempore laicis & quibusdâ aliis (quos non audeo ob necessarios respectus nominare.) Pulchritudinem tibi à naturâ Deo auctore collatam, noli adueto cultu, exornare, sed humiliter eam aduersus homines ita cohibe: capillum coma non nutrens, sed potius illum detondens & adimens, ne: u pruritu vexatus, & caput lacerationis expers conseruans, vel vnguentis, perfumdens, inducas tibi mulieres quæ hoc modo illaqueant

vel illaqueantur. Neque femoralia vel crepidas pedibus tuis improbâ arte consuas, sed tantum iis vtere, quæ ad granitatem & vsus necessarios pertinent. Immo Ethnici, vt Seneca, Plutarchus, Theophrastus, Cicero præcepta tradiderunt de vrbantate morum: naturæ ipsius ductu ac lumine edocti. Hinc in Rebus publicis olim erant, Romæ præsertim, constituti Censores; ad quos spectabat, inter alia, morum extrenorum emendatio, & viuendi rationis, erantque inter alios Magistratus maximæ reuerentiæ & potestatis; & cum alij Magistratum Romanorum annui fuerint, censura quinquennium durabat. Et S. Thomas edidit septem libros eruditionis Principum, in quorum quinto ex professo tractat distinctè & sat fusè in pluribus capitibus, de pueris informandis in bonis moribus, de disciplina in gestu, in habitu, in locutione, in custodiâ linguæ, in sumptione cibi & potus, de modo, & tempore sumendi cibum, de quantitate & qualitate eorum, quæ sumuntur. Fidelem, inquit S. Chrylостomus, mundi luminare, & solem esse congruum est, & ex omnibus partibus manifestum esse: ex intellectu, ex habitu, ex voce. Hoc autem dixi, non vt ad ostentationem, sed ad videntium vtilitatem nos ipsos disponamus. Modestia enim, vt ait S. Iulianus Pelusiota, virtutis amantes decet, & reliquas animi dotes exornat, & illustrat. Ideo æquum est eos, qui facti sunt spectaculum Angelis, mundo, & hominibus, ita præferre omnes mores compositos & decentes, vt nihil fiat, quod cuiuspiam offendat aspectum, vt loquitur S. Augustinus, & S. Bernardus: Debet quisque quantum potest, se irreprehensibilem exhibere: primum quidem coram Deo, sed deinde etiam coram hominibus. Hoc nempe est quod alibi loquitur Apostolus, dicens, prouidentes bona non tantum coram Deo, sed etiam coram hominibus. Tribus siquidem modis coram hominibus bona prouidemus, id est, habitu, actione, sermone. Habitu ne sit notabilis; actione, ne sit reprehensibilis; sermone, ne sit contemptibilis.

Quæ de re nihil ex meo sensu adferam, sed quæ vel legi, vel didici à Maioribus, sanctique & in viâ Dei valdè exercitatis Patribus, doctrinæ & prudentiæ laude valdè celebribus (quod ipsa etiam naturalis ratio docebit) annotabo; vt minutos etiam defectus morum ac modestiæ vitantes, omni ex parte solemur cor illius Maiestatis, quæ se vulneratam canebat, in vno oculorum Sponse & in vno crine colli eius modestè composito. Præsertim cum P. Claudius S. memoriæ in Instructione primâ 6. capitum ad Superiores missâ anno 1604. inter alia præclara monita illud commendaret ex S. Ephræm excerptum: Eum, inquit S. Ephræm, qui ceteris præest, pericissimum esse conuenit & ad consulendum salutis subditorum vigilantissimum, vtque singulorum obseruet incessum, gestum, motum, & habitum, adhibita etiam debita earum rerum correptione, quæ minus conueniunt, vt ad optimum ea statim, formamque reducantur. Magistri enim non solum elementorum figuras disci-

Phil. 4. 3.

Plurat. in Paulo. 2. milto de in Carone Censor. Cice. de Legibus Crinit. l. 4. cap. 3. Tom. 27. S. Thom. cap. 11. 16. 17. 18. 19. 20. 23. 24. 25.

13. hom. 2. ad pop. l. 2. ep. 18.

Regul. 1. Monach. S. de triplici iudicio.

Rom. 12.

16. l. 1. cp.

Cant. 4. 9.

14.

17.

S. de vitâ spirit.

discipulis ostendunt, sed etiam minima quaeque puncta, distinctionesque proponunt. Non sunt parvifacienda minima. Nam vt docet eximius rerum diuinarum Magister S. Bonauentura, minima quaeque tradens suis fratribus & vitanda & exequenda in pluribus Opusculis suis verè aureis & spiritu Dei plenis. Non minimum est, contemnere minima, quae non minimam moribus maculam ed turpius neglectu habita ingerunt, quo vitari facilius cogita potuerunt. Proinde qui Spiritu Dei aguntur, moralibus documentis intendunt, quae superbi & fati contemnentes, nunc superstitiones, nunc ceremonias vocant, aut certe calumniis sicutu impugnant. Quocirca elucere debet in exteriori compositione corporis nostri, eiusque actibus, magna modestia & vrbinitas, siue vt eam appellat S. Ambrosius, forma honestatis, & ornatus ad omnem actionem accommodatus: vel, vt loquitur S. Thomas, decor honestatis. Ex cuius defectu, viri Sancti male ominabantur de aliis. De exterioris namque hominis motu, inquit Cassianus, interioris status agnoscitur. Qualis autem debeat esse status exterior hominis, pulchrè indicat S. Gregorius Nyssenus: Sicut palpebrarum prominentibus pilis, quasi vallo obiecto puritatem, & vehementiam radiorum natura obumbrans, & frangens temperatum, ac dilutum splendorem oculis inserit, quo placidus sol pro eo modo, quem visus poscit, cum vmbra, quam palpebra faciunt, temperatus existat; ita morum grauitas, atque maiestas cum moderata animi demissione commixta, non avertat oculos inuentum, sed in eundem efficiat obtutum, vt neque grauitatis ac feritatis splendor obscuret, neque latens in animo vis, propter humilitatem despiciatur, sed alterum aequaliter in vtroque, tum in celsitudine ac sublimitate comitas & humanitas, tum in humilitate vice versa grauitas & seueritas animaduertatur. Quod fit, etiam si virtute praediti nil dicant.

Viri summam virtute praediti, inquit S. Isidorus Pelusiota, etiam si nullum verbum emittant, silentio tamen quoduis voce clariore, discipulos suos erudiant, non ipsorum aures oblectantes, verum animis lumen, ac splendorem afferentes. Nam qui Magistro nihil praeter sermonem inesse existimant, & aures obtundunt, & risum mouent. At, qui operibus emicant, etiam si silentium colant, spectatores tamen animos erudiant. Atque illud est, quod ex me intelligere quaesisti: Sacerdotes loquimini ad cor Ierusalem. Multi enim sunt, qui loquendo molestiam exhibeant. Pauci autem qui operibus doceant. Quibus nimirum Dei quoque cultus conseruari, ac Sacerdotij munere fungi conuenit.

Hinc S. Gregorius Nazianzenus ex Iuliani adhuc pueri immodestia futuram eius Apostasiam a fide Christi, & omnia eius mala praecognouit. Neque enim, inquit, quicquam mihi significare, atque ominari videbantur, ceruix non stata, humeri subsultantes, & a de equilibrio subinde agitati: Oculi insolens, & vagus furiosaque intuens, pedes instabiles & turbantes: nasus contumeliam, & contemptum spirans; risus petulantes & effrenati: nutus &

renutus temerarius: sermo haerens, spirituque concisus: interrogationes stultae, & praecipites, responsiones his nihilo meliores, alia in alias insultantes, nec graues, & constantes, nec eruditionis ordine progredientes. Quia singula describere necesse est: Talem ante opera conspiciatus sum, qualem in operibus postea cognoui. Sic & S. Ambrosius, ex prauo Clericorum gestu, eorum vitia commissa, vel committenda augurabatur. Meministi, inquit, filij, quendam amicum, cum sedulis se videretur commendare officiis, hoc solo tamen a me in Clerum non receptum; quod gestum eius plurimum dedecret. Alterum quoque, cum in Clero reperissem, iussisse me, ne vnquam praeiret mihi, quia velut quodam insolentis incessus verberare, oculos feriret meos. Nec fellit sententia, vterque enim ab Ecclesia recessit, vt, qualis incessu prodebat, talis perfidia animi demonstraretur. Namque alter Ariane infestationis tempore, fidem deseruit: alter pecuniae studio, ne iudicium subiret, Sacerdotem se nostrum negauit. Lucebat in illorum incessu imago leuitatis, species quadam scurrarum percurantium. Ita parua ad speciem indicia, res enormes portendebant. Externi enim corporis motus sunt, vt ait S. Nazianzenus epist. 131. praecones quidam animi, vt mirum non sit, quod scribit Seneca: Argumentum quoque morum ex minimis licet capere: impudicum, & incessus ostendit, & manus mota, & vnnum interdum responsum, & relatus ad caput digitus, & flexus oculorum. Improbum risus, insanum vultus, habitusque demonstrat. Illa enim in apertum per notas exeunt.

Et Diuus Chrysofostomus: Intemperantiae symbola, de moribus iudicium faciunt, deque affectu. Nempe vox, intuitus, habitus. Quin etiam ea quae videntur esse parua, & nullo in numero: vt tonsura, deambulatio, oculorum commutatio, collique inclinatio, sermocinatio manibus supinis.

Pulchrà hoc similitudine illustrat Cicero: In fidibus, musicorum aures vel minima sentiunt, sic nos si acres, ac diligentes Iudices esse volumus, animaduersoresque vitiorum, magna intelligimus ex paruis. Iisdem indicij vtitur S. Bernardus ad cognoscendum malum Monachum: Si videris, inquit, Monachum, de quo prius bene confidebas, vbicumque stat, ambulat, sedet, oculis incipientem vagari, caput erectum, aures portare suspensas, e motibus exterioribus hominis, interiorem immutaturn agnosces. Vir quippe peruersus, annuit oculis, terit pede, digito loquitur. Et, ex insolenti corporis motu, recens anima morbus apprehenditur. Verillima enim est Spiritus Sancti sententia: Ex risu cognoscitur vir, & ab occurfu faciei cognoscitur sensatus: amictus corporis, & risus dentium & ingressus hominis enunciant de illo. Quocirca S. Isidorus Pelusiota Esaiam militem monuit, illud vt curaret, vt nec per oculos, nec per supercilia, nec per linguam, nec per incessum, vllum arrogantiae vestigium in eo appareret.

Meritò ergo P. Ioannes de Platza, Magistri Nouitiorum & Prouincialis, & Visitatoris muneribus in Societate, cum eximia laude, profectusque aliorum & Sanctitatis exemplo perfun-

Plutar. in Paulo & Carone. Senfor. Dico de regibus. C. 11. l. 1. cap. 17. Thom. cap. 11. l. 1. 7. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

1. i. Offic. cap. 18. 1. i. Inff. cap. 29. Orat. de infirmitatibus maxime abbre. p. 18. Orat. 33. 1. i. Offic. c. 22. S. 2. S. grad. Superb. Proverb. 6. 12. Eccl. 19. 2. 6. 2. 7. 1. 2. epist. 292.

ctus, anno 1602. in Collegio Mexicano, cum opinione sanctitatis mortuus, cuidam nostro fratri, præferendo adolescenti, non satis agnoscanti, quid in causâ esset, quod in spiritali negotio parum proficeret. Ego verò, inquit, ex tui corporis incondito motu, illam exigui tui profectus causam potissimam existimo, quod viuido ingenio cum sis, parum tibi imperes: illi que apud te statue, idcirco spirituales homines tam paucos censes, quod pauci admodum suis cupiditatibus moriantur, Deo propalam denunciant: Non videbit me homo & viuet. Solent enim potissimum ij, modestiæ præscripta violare, quos viuos, hoc est viuaci naturâ & feruidâ,

19. P. quoque nostro Balthasare Alvarez scribit in  
C. 12. §. 2. eius vitâ P. Ludouicus de Ponte. Non satis habebat, quod interioris hominis reformationem, & mortificationem suis suaderet, sed ea quoque tradebat, quæ ad exterioris reformationem spectabant, valde illis commendans virtutem modestiæ Religiosæ, quam dicebat hominibus Societatis valde necessariam, ob tres præcipue causas. Prima, quod ex Instituto agerent cum proximis: at proinde tenerentur eos edificare, bonumque nomen apud eos habere: hoc autem obtinetur præcipue modestiâ & compositione hominis exterioris, non

1. Cor. 4. tamen affectatâ, sed verâ, & religiosâ. Cum igitur, qui  
Rom. 12. in Societate sumus, spectaculum, vt ait Apostolus, facti sumus, mundo, Angelis, & hominibus, necesse est, vt idem Apostolus ait, prouidere bona, non solum coram Deo, sed etiam coram hominibus. Secunda, nam aliqui Religiosi habitu suo, & cucullo adificiant, teguntque aliquam immodestiam, si forte in eam incidere; at homines Societatis, qui faciem habent patentem, nec habitum alium, aut cucullum habent, horum loco necesse est habere eos modestiam, quâ exornentur & componantur, quemadmodum Matrona, eò quod faciem apertam habeant, maiori indigent modestiâ, quam aliarum nationum, quæ vultum tegunt. Tertia eò quod Societas etiam habeat ex suo Instituto, orationem & cum Deo internam familiaritatem, ad quam exterior modestia plurimum iuuat, vt quæ sensu contineat, & cõponat, per quos aliâ effunditur, & euanescit deuotio. At propterea eius modestia videtur valde Religiosa, & ex internâ prouenire reformatione, & ex eo, quod semper attendat se versari in conspectu Dei sui, vt monuit

Phil. 4. 1. Apostolus: Modestia vestra nota sit omnibus hominibus, Dominus enim propè est.

In hunc finem consecerat sibi, quasi indicem omnium actionum immodestiarum, quæ in viro Religioso notari possunt, quos seculares ciuiliu morum defectum appellant, & nominatim notat immodestiam, quæ esse potest in motibus capitis, frontis, oculorum, aurium, narium, oris & lingue, brachiorum & manuum, genuum & pedum, & reliquarum corporis partium, & in vestium gestatione. Deinde immodestias, quæ notari possunt in templo, in choro, in refectorio, in ipso cubiculo, in omnibus officiis, quale est, Sacrum facere, vel audire, quando decumbunt, aut ex lecto surgunt, quando comedunt, aut sunt in recreatione, aut in quocumque alio loco, siue sint soli, siue cum sociis. Inmodestia

subditi erga suum Superiorem, aut Religiosi cum reliquiis, aut cum eunt per plateam, & alter alterum comitatur, aut cum familiaribus agunt, in modo loquendi, ridendi, expuendi, rursiendi, manus & corpus mouendi. Reformati enim sunt omnes hi motus, & danda opera (quemadmodum S. Augustinus in sua Regulâ monuit) nihil in eis sit, quod non respondeat grauitati & sanctitati nostræ Professionis. In illo Catalogo erant notati plus quam ducenti immodestiarum actus, & vrbaniatis defectus, in quos poterat Religiosus incidere. Hæc causa mouerat P. Hieronymum Platum, vt scribere vulerit similem tractatum, de honestate morum, pro informatione personarum Societatis, sed morte præuentus, non scripsit, vel potius inchoatum non abfoluit. Nunquam viti hi Sancti ad res tam minutas descendissent, ni esset res non parui momenti, earum obseruatio: & eò contratio, earum violatio. Ied P. N. Mutius Generalis in primâ ad Societatem vniuersam epistolâ, hoc primo loco his verbis commendat: Nemo hanc rem reponat in minimis: fixum quidem apud omnes, constitutumque sit, eam nostri, quæ in tuus est, speciem seculares viros animo conformaturos, quam exterius nobis impressam animaduertent. Nimirum elinguis licet, & muta modestia silentium, cuius meminit Nazianzenus, illud est sermone præstantius, atque ad homines permouendos, stectendosque copiosâ quâuis dispositione longè valentius. Vtu quidem ipso compertum est, Fratrum nostrorum, suis in Gymnasiis, siue per compita, conspectâ modestiâ ad Societatem bene multos adiecit. Atque ego de me profiteri verè, sancteque possum, tantum ex eo me spectaculo, cum adhuc versarer in seculo, fructum capere solitum, vt cum Romanum Collegium, Concionis, lectionisque sacre gratiâ, è Professâ domo vna omnes vini repeterent, eius frui conspectu pompa, enixè contenderem. In summa, quod ait Hieronymus, licet sermone taceamus, habitu loquamur, & gestu: Et quoniam veluti optimâ Matrem Societatem, ab omnibus diligi vnicè exploratum, persectumque mihi est, nullâ caput inculcari hoc ratione vehementius à me arbitror posse, quàm si numero reputandum vnicuique animo esse, totam se Societatis existimationem, dignitatemque in ore, exteriusque corporis conformatione circumferre. Sed et si non videremur ab illo, satis esse debet nos à Deo, & cælitibus videri. O quàm honestè, inquit Christus Dominus S. Brigitte, & morigerosè oportet eas (Moniales) in conspectu intuentium esse, cum verbis, & moribus incedere; cum imitati ad nuptias intuentes eas, sint Virgo Maria Mater Dei, cum toto caelesti exercitu. Sponsus verò, desiderans eas est verus Deus, Rex Regum & Dominus Dominantium, potensque super omnia creata. S. Bernardus in vitâ S. Malachie, cum plura miracula ab eo edita retulisset, subdit, libentius, fateor, imitandis immotor, quàm admirandis. Proponens verò imitanda sic ait: In Malachia, quis, etsi curiosus, obseruaret, deprehendit otiosum non dico verbum, sed nutum: quis manum prædemite frustra: imò quid non adificans in eius incessu, aspectu, habitu, vultu? Extat pro huius rei commendanda-

mendatione præclara visio, que contigit nostro fratri Alphonso Rodriguez, quam ipsius verbis positis in Processu Informativo pro eius Canonizatione facta Maiorice, referam, habetur etiam in eius vita. Contigit illi, dum esset satis in hoc negligens, quod ipsi apparuit Christus Dominus noster, habens pedem super Altare, à latere Evangelij, eo modo, quo incedebat in saculo, fratre ex illius opposito existente, & erat vestitus veste longâ, cum vultu insignis proportionis, & color faciei erat aliquantum subniger, tendens ad rubicundum, ad instar nucis auellana, in qua quidem facie apparebat magna Diuinitas: modestia ipsius oculorum, & serenitas ipsius faciei erat admirabilis & diuina, vt videretur, quod vellet ipsum docere modestiam, vt illam ab eo disceret. Et istud fuit, quod in modestia suorum oculorum manifestaui ipsi persona magnos thesuros interiores sui ipsius, qua tanquam in speculo videbatur in illo, & est tanta virtutis & roboris ista presentia & visio Christi Domini nostri, quam vidit, vt quotiescunque illam sibi representant in memoria, sensibilibus sensu sibi adesse modestiam, & deuotionem, & quod totus vir mutatus sicut est mutatus vnus in alium virum, quando exit à quadam oratione deuotâ, tam in compositione interiori, quam exteriori. Et quamuis illud ipsi contigerit à 12. annis, & ultra, semper tamen ipsi est recens, & eundem affectum in ipso producit. Notatum hoc fuit viuente adhuc Alphonso.

11. S. Vincentius, Christi athleta, inquit, ad coaptandum corpus suum tot aliter, in obsequio Christi Iesu coarctat, vt omnes actus, & motus corporis, sint omnimodum honestate compositi, seruis Regularium disciplinæ: neque enim poteris animam vnquam ab inordinatis cohibere, nisi prius studueris corpus tuum subicere discipline, ipsum refrimendo, non solum ab omni actu, sed etiam ab omni motu incongruo & inepto. Et ca. 7. Hoc generaliter habeas, quod omnem actum & omnem corporis motum, cum quadam modestiâ facias.

23. Merito ergo S. Ignatius noster, initio sui in Urbem ingressus, scripserat Ordinationem, que ex textu Hispanico ita ad verbum redditur latine. Minister M. Franciscus (id est Xaperius) & Subminister M. Alphonfus (id est Salmeron) & Syndicus, Ioannes Paulus conueniant die lune, ante cenam tertâ horâ, ad consultandum intra se circa compositionem exteriorem & interiorem omnium: circa exteriorem in omnibus rebus, vnde potest presumi aliqua edificatio, siue in verbis, siue in gestibus & moribus, vel aliis actibus. Et postea, Regulas Modestitæ, hanc ob causam conscripsit, ad modestiam Religiosam, & totius corporis motum decorumque pertinentes, quas antequam scriberet, septies, & eò amplius orationem Domino, & lachrymas fudit, & publicari voluit per P. Iacobum Laynem, eiusque hac de re exhortationi, omnes Patres, & etiam antiquos (quod antea non fiebat) interesse, non sine Dei approbatione, quod ipsi ex Regulâ placerent, vt ipse S. Pater interpretabatur, auditâ ruinâ texti, sub quo eo tempore Patres confidere solebant, &

confedissent, vt scribit Ribadeneyra. Deniq; ipsi etiam Gentiles, lumine naturali imbuti, similia non negligenda putarunt. Cicero monet adulescentes, vt etiam, cum relaxare animos & dare se iucunditati volent, caueant inuerecundiam, meminerint verecundia. Et infra ait; Decorum in omnibus factis, dictis, in corporis denique motu & statu cerni. Et, naturam, inquit, sequamur, & ab omni, quod abhorret oculorum, auriumque approbatione, fugiamus. Status, incessus, sessio, accubatio, vultus, oculi, manuum motus, teneant illud, ne quid effeminatum, aut molle, & ne quid durum, aut rusticum sit. Remoueatur omnis, viro non dignus, habitus, & ornatus. & huic simile vitium in gestu, motuque caueatur. Nam & palæstrici motus sunt sepe odiosiores, & histrionum nonnulli motus & gestus, ineptius non vacant. Adhibenda est munditia non odiosa, neque exquisita, tamen que fugiat agrestem, & humanam negligentiam. Cauendum est, ne aut tarditatibus vtamur in gressu mollioribus, vt pompæarum ferculis similes esse videamur, aut in festinationibus suscipiamus nimias celeritates. Ex oculorum obtutu, & superciliorum remissione, aut contractione, ex mestitia, aut hilaritate, ex risu, locutione, ex reticentia, ex intensione vocis, ex submissione, ex ceteris similibus facile iudicabimus, quid eorum apte fiat, quid ab officio naturæque discrepet. Quocirca si Cicero in scholis Christianorum non edoctus, agnouit talia, & talium rerum habendam rationem putauit, quantum magis Christi fide imbutis, & Deo dicatis, eæ cordi esse debent. Sed quia res istæ parua videntur, minus curantur; & ideo pauci iudicio S. Basilij talibus minutis se se impendunt. Vita, inquit, genus Euangelio conueniens diligere cuius facile est, quod autem quis vel minutissima quaque, que in eo descripta sunt, consilia conseruet, neque eorum quoduis neglectim transmittat, hoc verò rari, quos ego quidem nouerim, opere ipso præstiterunt, vt videlicet lingua vsi continentis silentio obuinctâ, oculis etiam eam adhibeant moderationem, quam requirit Euangelica perfectionis tenor, manibus insuper indicent intentum laborem ex suscepto in eunda gratiæ Dei consilio motum itidem præscriberent pedibus, denique reliquis totius corporis membris eo modo vtentur, quem & eorum suscepta vita propositum, & ipsa initio Opificis nostri fabrica ratio requireret. Qui in vestitu pro decoro modestiam, in congressione cum ceteris circumspectionem, in cibo illud modo, quod natura desideraret, teneret, in rebus ad vitam usum parandis, vni tantum necessitati consulerent. Hac quidem dum simpliciter hoc modo dicuntur, leuia videntur, ac nullius penè difficultatis: eiusmodi sunt tamen, in quibus seruandis, magnâ opus esse contentione, ipse nos vsus docuerit.

Quod sanè tantò magis nobis cordi esse debet, qui vel sacerdotali autoritate, vel religiosæ vitæ, quam amplexi sumus, conditione, supra alios à Deo euecti sumus, cum Deus in sæcularibus personis longè velit abesse exteriores quosdam corporis gestus, in se non malos, tales tamen qui alios offendere possint. Hinc Christus Dominus volens cuiusdam Dominiæ ge-

li. Offic.

25.

Epist. ad Canonice.

26.

1.6. Reu. cap. 12.

stus exteriores, saltem in publico loco, & oculis aliorum, vitandos corrigere, hoc ei per S. Brigittam monitum dedit: Ego postus in humanitate sic temperavi orationes, labores, & ieiunia mea, ut nec scandalizarentur intuentes, nec absentes offenderentur, sed omnes, qui voluissent, possent imitari verba mea, & opera, & exempla. Hac autem Domina, quam cernis mirabiles habere gestus, non est sine magna tentatione, sed nec sine remorsu conscientia: ideo consultum est ei, temperantius moderare suos, & facere ea, que facit magis in occulto, quam in publico, alioquin labor suus superuacuus, & oratio sua erunt ei minus in coronam. Si ergo gestus non mali vitandi sunt, qui pateant aliorum oculis, & in occulto tantum adhiberi solent, quanto magis illi, qui vbiq; censentur a viris prudentibus & perfectis indecori, etiam si circa res paruas & minutas versentur. Omnes sumus desponsati Christo, iuxta illud Apostoli: *Aemulor vos Dei emulatione: despondi enim vos vni viro, virginem castam exhibere Christo.* Atqui anima Virgo, vt ait Deipara tenetur habere tria. 1. vestes decoras, ne forte videatur a samulis Regis, si in vestibus deprehendatur aliqua deformitas. 2. debet esse morigerata iuxta voluntatem Sponsi, ne si aliquid in actibus suis inueniatur inhonestum, dehonestetur sponsus propter eam. 3. debet esse mundissima, vt Sponsus non inueniat in ea vnam maculam, pro qua contemni & repudiari possit. Et multo ante docuerat Clemens Alexandrinus, Magister bonus, non optimi discipuli Origenis. Neque in motu, neque in habitu inueniatur vnquam magni animi & excelsi dedecus. Sed vt ait S. Ambrosius; *In ipso motu, gestu, incessu, tenenda verecundia, præsertim in religiosis & Clericis.* Nam præclare in Codice Imperator dixit: *Ipsum Monachorum nomen exposcere modestiam.* Quamquam ipsa Christiani conditio id exigit. Vt enim ait Minutius Felix; *Nos non tam notaculo corporis, sed innocentia ac modestie signo facile dignoscimus.* Ideo cum, vt ait Apostolus, Christus Dominus sit caput nostrum & nos eius membra, sensibus nostris & membris decore vtamur. In qua Apostoli verba S. Anselmus: *Serua, inquit, corpus tuum & membra ea dignitate qua decet, ne si ea quolibet leuitatis studio iniuriose tractaueris, quanto potiore premio coronaberis, si ea digne tractasses, tanto maiori supplicio subiicaris, si eis indigne abusus fueris.* Oculi tui, oculi Christi sunt. Non igitur licet tibi oculos Christi ad aliquas vanitates conspiciendas dirigere; quia Christus est veritas cui omnis contraria est. Os tuum, os Christi est. Non debes, non dico ad detractiones, non dico ad mendacia, sed nec ad otiosos sermones aperire, quod ad solas laudes Dei, & ad edificationem proximi debes parulam habere. Sed vt sciamus quæ sint ista minuta à nobis vel fugienda, vel facienda, nunc explicanda sunt distinctè, & in particulari singula. Circa particularia enim, vt ait Aristoteles, actiones versantur.

2. Cor. 11

1.2. Reu. S. Brigit. cap. 21.

27.

1.1. Offic. cap. 18.

Codi. de Episc. & Cleric. 26.

In Octauio. 1. Cor. 12.

27.

In medit. cap. 5.

1.2. Eth. cap. 7.

CAPVT SECVNDVM.

De Mortificatione Gustus.

**A**Mortificatione gustus, corporis compositio & cura minimorum inchoanda est. Nam, vt ait Cassianus: *Primum ineundum certamen est aduersus gastrimargiam, seu concupiscentiam gula.* Causam huius doctrinæ dat tum Cassianus, tum S. Gregorius: *Neque enim ad confictum spiritualis agonis assurgitur, si non prius intra nosmet ipsos hostis postus, gula videlicet appetitus edometur.*

Circa gustum his modis poteris te, propter Christum Dominum tuum exercere, moderatè ac sobriè corpus alendo. *Tantum tibi iuniorum modum impone, inquit S. Hieronymus, quantum ferre potes: sint tibi pura, casta, simplicitate moderata, & non superstitiosa ieiunia.* Cibi vsus, inquit S. Basilus, eiusmodi esse debet, qui ad solam necessitatem referatur, vtique vinum neque omnino respui debet, si quando valetudinis causa adhibendum sit, neque studiosè nimis, si necessitas non sit, exquirendum, ac reliqua omnia eiusmodi sunt, vt necessario ad vitium vsus, non autem libidinosis voluptatibus inserviant eorum qui se ad Religionis exercere cultum. Nihil hic agam ex professo de moderatione adhibendâ in cibo & potu, de qua S. Ignatius Regulas octo in libro Exercitiorum reliquit; vt tantum de mortificatione gustus: nam moderatio non ad mortificationem spectat, & voluntariam pœnitentiam ac liberam, sed ad virtutum temporantiam necessariò in cibo & potu seruandam, & quæ sine peccato liberè omitti non potest, vt bene S. Ignatius tanquam eximius Theologus, & rarus vitæ spiritualis Magister, in libro suorum Exercitiorum obseruavit. Turpe enim esset, vitium Spiritualem ac Religiosum, in cibo, & potu non ita se gerere, quæ admodum (vt inquit Galenus) viros graues, & reuerentiâ dignos decet, nam neque propter famem decet vehementer, insatiabiliterque impleri, neque propter sitim, instar sorbentium exhaurire totum calicem, multoq; minus ob edacitatem in conspectu omnium auidius, vel placentiam, vel aliud quippiam ex delicatioribus obsoniis deuorare. Quæ tamen in re, certa omnibus mensura præscribi non potest. Alij siquidem paucioribus egent cibis, alij pluribus. Quæ in re fugiendum est Pharisæicum iudicium, quo quidem Christum Dominum postponebant S. Iohanni Baptiste, quia ille manducaret & biberet, etiam vinum, hic verò parum comederet. Pro quâ re, accommodata est illa doctrina vnus è Patribus antiquis, qui dicebat; *inueniri hominem multa comedentem, & adhuc esurientem se continere, ne satiatur, alterum autem parum comedere, & satiari. Porro eum, qui multum comederet, & adhuc esuriens se contineret, maiorem mercedem habere, quam illum qui parum comederet & satiaretur.* Salubris est etiam Abbatis Pœmenis

cap. 3.

Cass. libi. cap. 16.

Gregor. 30. mor. cap. 26.

Epist. ad Nep.

Ser. i. de Inlt. mon.

Ante 2. Heb.

1. de carat. morib. cap. 7.

Marth. 11. 31.

lib. 3. vit. 88. PP. n. 99. Rof. pag. 607. mercedem num. 99.

320

Erina apud eundem, eodem in loco: Ego, inquit, volo Monachum ita esse quotidie parum comedentem, ut non satietur: nam biduana & triduana ieiunia vana gloria vacant. Similiter & S. Hieronymus scriptum reliquit: parvus cibus, & semper venter esuriens, triduana ieiunia praesertur, & multo melius est quotidie parum, quam raro sumere. Sunt multi, qui licet videantur multum comedere, parum comedunt, spectata naturali complexione cibum maiorem exposcente, sed studio, eum illi negant, ut ille, de quo in vitis Patrum: Dixit Abbas Casianus quendam senem, ad quem venerant, fecisse eos gustare, & exhortatum esse eos satiatos adhuc sumere cibum, & cum dixisset, se iam non posse respondere: ego iam superuenientibus Fratribus diversis, fecies mensam posui, & dum singulos horior, etiam ego ipse manducavi, & adhuc esurio: tu vero hic semel manducans ita satiatus es, ut iam manducare non possis: Deinde alij, comedendo feruentius orant, quam censores comestitionis alioquin, ut ille in vitis PP. de quo dixit Abbas Isaias, eum orasse, & orationem eorum ascendisse in conspectu Dei, velut ignem. Hinc inter Regulas diuinitus S. Pachomio traditas per Angelum in lamina aurea incisas haec erat c. i. Concede unicuique ut comedat, & bibat pro viribus: Neque ieiunare prohibe, neque comedere. Sunt enim, inquit Clemens Alexandrinus de ratione victus loquens, periculosa extrema; media autem bona sunt: medium autem est, quicquid non eget necessarius rebus. Memini me in Nouitiatu Romano didicisse à meo Magistro, nobis omnibus hanc tradente doctrinam. Certum fore signum nos temperantiae & sobrietatis non excessisse in mensa fines, si absoluto prandio vel cana nos sentiamus dispositos & aptos ad orandum. Póde rat hanc temperantiam in Anna S. Chrysostr. mus, quae de sua sterilitate sollicita, postquam comederat & biberat in Silo, constitit in conspectu Domini. Quod omnes, inquit, faciunt tempore relaxationis, illa fecit tempore deprecationis, post conuiuium accurrens ad supplicationem, fontes lacrymarum emisit, mentemque praese tulit sobriam ac vigilantem: ac post epulas aded intente orauit, ut donum acciperet supra naturam, solueretque sterilitatem, ac natura imbecillitatem corrigeret. Hoc igitur à feminae lucri consecuti sumus, ut sciamus & post conuiuium orare. Videamus nunc, quibus modis mortificandus sit nos ter gustus.

Primo contentus esto cibis communibus, qui pro omnium vsu parantur, nullum prorsus alium petendo, & oblatum modestè, & efficaciter recusando nisi certa infirmitas iudicio Medici, vel Superiorum aliud exigat. Et tunc iuxta monitum S. Bernardi, tanquam diuinitus procuratum si super apponatur, accipe illud, hoc tamen habens animo & voluntate ut tantum, vel magis alteri apponatur. Quod si aliquis noceat, abstine ab eo, eius loco nihil pete, nihil vltro oblatum attinge: quia nunquam deerunt alij cibi, saltem panis solus, quo natura necessitati satisfacere

possis. Hoc cum omnibus sanis, & valentibus cordi esse debet; tum maximè iis, quos saeculum vili loco natos, Religioni dedit: in qua non raro tales querulosi sunt magis, quam nobilibus nati parentibus & delicatè educati. Contra illos meritò scripsit S. Hieronymus, Natus in paupere domo, & in tugurio rusticano, qui vix milio & cibario pane, rugientem ventrem saturare poterat, nunc simlam & mel fastidit: quid prodest oleo non vesci, & molestias, difficultatesque quasdam ciborum querere, carices, piper, nuces palmarum fructus, simlam, mel pistacia: Cibaria, inquit S. Basilus, quae promiscuè omnibus apponuntur, eiusmodi sint, quae cum vili pretio, tum paruo etiam negotio comparentur. Adhibenda tamen in mensa necessario vbiq; munditia est, atque elegantia, ita tamen, ut nusquam extra fines nostros egrediamur. Noster P. Thomas Sanchez inter lucta, quae pro caelesti vità colligebat, reliquit in scripto, post eius mortem inuento, hoc propositum: Quicquid mihi oblatum fuerit, eo solo vescar, neque vilo oleo, aut condimento pro irritando palato utar. P. Balthasar Aluarez non permittebat aliquid particulare sibi in mensa apponi, quòd si quando tale quid apponeretur, illud sibi proximis dabat, erat enim vit. ca. 4. pag. 42. serè semper Superior Nostrorum, ut in eius vita scribitur. Imò si ordinaria portio melior illi contingeret, quam assidenti sibi, eam cum illo commutabat, ac de teriorem pro se accipiebat. Quod si forte caro male educata non poterit facile flecti ad grossiora, uti S. Agnes S. Brigittam docuit, subtrahenda ei esse paulatim delicatiora quaedam, sine quibus bene potest subsistere, ut necessitatem habeat, non superfluitatem. Quicunque autem sic cogitat, & faciendo conatur, quantum potest, hic & Confessor & Martyr vocari potest, quia martyrij genus est, delicias habere, & delicias non vti. Ad hoc perluadendum S. Ioannes Climacus sic loquitur: Mensa delibatio lamentanda sortu verum illorum te admoneat, minusque delicias requires. Sed & in ipso aqua potu flamma illius sitim ne obliuiscaris, atque ita vim omnino nature facies. Quid prodest temperare ad voluptatibus, inquit S. Bernardus, & inuestigandis diuersitatibus complexionum, ciborumque varietatibus exquirendis, quotidianam expendere curam? Legumina, inquit, ventosa sunt, caesus stomachum grauat, lac capiti nocet, potum aqua non sustinet peccus, caules nutrium melancholiam, choleram porri accendunt, pisces de stagno, aus de luto aqua mea penitus complexionem non congruunt. Quale est hoc, ut in totis fluminibus, agris, hortis, cellarys reperiri vix possit quod comedas? Putate quaso Monachum esse, non medicum, nec de complexionem iudicandum, sed de professione. Parce obscuro primum quidem quiesci tuae, parce deinde labori ministrantium, parce grauari domus, parce conscientia. Hanc ob causam, cum S. Macario, ut scribit Ruffinus, quidam Frater vnam detulisset, ipse, qui secundum charitatem, non quae sua sunt, sed quae alterius, cogitaret, ad alium Fratrem eam detulit, qui infirmior egritudine videbatur. Tunc infirmus gratias egit Deo pro Fratris officio, & suscepit eam, & ipse nihilominus

37. Ep. 1. ad Nepot.  
38. Reg. 20. quæst. fusc exp.  
39. vit. ca. 4. pag. 42.  
87. 7.  
Serm. 30. Cant. fin.  
M 4 minus

minus de proximo, quam de semetipso cogitans ad alium detulit, & iterum ille ad alium, & sic cum per omnes cellulas, qua longe à semetipsis erant per eremum dispersa, vna illa circumlata esset, ignorantibus eis, qui eam primus misisset, ad vltimum deseritur ipsi, qui eam miserat. Gratulans autem S. Macarius, qui tantam in Fratribus videbat abstinentiam, tantamque charitatem, ad aciora semetipsum, spiritualis vita exercitia extendit.

1.3.c.12.

Sic & S. Ignatius, vt scribit Maffæus, nihil sibi propriè apponi voluit vnquam, & grauius administrum semel puniuit, quòd vna racemum vni sibi præter ceteros attulisset.

40.

Secundò. Si ex communibus cibis allata tibi fuerit portio, vel nimium parua, vel gustui tuo non aridens, eam ne reicias, aliamue quæras. De hoc plurimum gaudeat, inquit S. Bernardus, si ei viliora quàm aliis, apponuntur. Nam reuera feliciores sunt, qui in paruitate sustentati, fuerint fortiores. Quod non erit difficilè etiam ex hoc capite, si verè mendicum te reputes, Christi Domini causâ factum. Mendici enim sine delectu ciborum viuunt, præsertim cum te Regula 25. Summarij doceat, vnumquemque nostrum persuadere sibi debere, quòd, que vilissima erunt ex eis, qua domi sunt, ei tribuentur propter maiorem ipsius abnegationem & spiritualem profectum.

Specul. Monachi.

41.

Tertio, nullam profusus rem, quæ non ad te, sed ad alium spectat, attinge, id enim Religiosis per votum paupertatis non licet.

42.

Maff. 1.3. cap. 12. Schott. 1.4. cap. 5.

Quarto, nunquam conquetaris ob substantiam, vel qualitatem ciborum. Qua in re excelluisse S. P. N. Ignatium, & B. Franciscum Borgiam, vitæ eorum impressæ testantur. Allata enim illis ferula, per incuriam aliorum, malè cocta, & amara, debebant sine vilo querimonie signo, imitati veteres illos Sanctos, qui similia factitasse in Vitis PP. leguntur. Per continentiam purgari non sustinent, inquit S. Isidorus Pelusiota, qui ciborum suauitatem ac delicias querunt.

1.1. epist. 120.

43.

Quinto. Si cibus non sit sufficienter sale conditus, in sale non vtaris, præterquam in iis cibis, ad quorum esum ad mensam vbique adhiberi solet, vt sunt oua forbilia, raphanus & similes, Iob ipse agnoscebat hac in re mortificationem, quomodo poterit insulam comedi, & quod non est sale conditum. Vnde & sancti Eremitæ veteres, qui cætenis onusti ferreis incedebant, humi cubabant in agris, perpetuoque ieiunabant, ad panem adhibebant plerique salem, eumque secum in Eremum inferebant, vt scribit Theodorētus, & ante illum S. Hieronymus. Et S. Athanasius scribit S. Antonium solum sumere panem & sal. Et in vita S. Pachomij quamuis Palæmon die Paschatis ob diei lætitiã oleum præparatum à S. Pachomio cum oleo, gustare noluisse, comedit tamen sine oleo salem, & panem allatum. Noster Alphonsus Rodriguez Coadiutor sanctus, per 30. annos salem non comedit, quia illi valde sapiebat, vt refertur in

Iob. 6.6.

Th. hist. relig. c. 2. 11. 19. H. Pref. in Regul. Pach.

Processu Informatio pro eius Canonizatione factò. Sic noster P. Thomas Sanchez nullum acetum & salem, aut oleum, aut aliud condimentum adhibuit. Post hæc scripta inueni in S. Vincentio simile monitum. Si est tibi cibus inspiciendus, ex defectu salis, vel aliâ quacunque causâ, noli apponere sal, nec aliud condimentum, propter Christum felles, & aceto potatum, sed sensualitati resiste.

44.

Sextò, acetum non adhibe, maioris gustus percipiendi causâ, iis exceptis, quæ ex communi hominum more, sine aceto non eduntur, vt lactuca & similia. Idem iudicium fit de aliis condimentis, damnatis in Sacerdote à S. Hieronymo, ep. 2. ad Nepot. cum sorbitiunculis delicatis, & contritiis oleibus betarumque succo, nisi vel morbo, vel mortificatione, vel (quòd sæpè contingit hominibus valdè deuotis, & Diuina patientibus) excessu sancto, intimæ & non ordinariæ vnionis cum Deo, acquisitâ ciborum nausæ, vel inappetentiâ, cogeret ad excitandum appetitum, vel suppeditandum necessariæ sustentationi corporis cibum, aliquid ex sale, vel aceto, vel simili liquore adhibere, sine quo non posses valdè renitente naturâ, sumere de bitam, & omnino necessariam cibi quantitatem. Hanc enim ob causam etiam rigidissimè viuentes Eremitæ sale vtantur.

45.

Septimò, Condimentis etiam iis, quibus alij communiter contenti sunt, non vtere, eorum loco nil aliud petendo, etsi vilis sit. Alphonsus Rodriguez succo malorum citrinorum cibos non condiebat, quibus in Italiâ, & aliis quibusdam Regionibus, etiam pauperes vtuntur, ob summam talium fructuum abundantiam. Salsamenta quacunque, inquit S. Vincentius, que ad oculum valent, nisi ad gula excitamentum, dimittere oportet. Et S. Bernardus: De condimentis, inquit, sufficiat, vt comestibiles sint cibi nostri, non etiam concupiscibiles & delectabiles. Sufficit enim concupiscentiæ malitia sua, qua cum vix, aut nullo modo pertransire possit ad finem explenda necessitatis, nisi per viam quantæcunque electionis, si ceperit accipere irritamenta ab eis, qui perpetuum susceperunt bellum aduersus eum oblectamenta, sunt duo contra vnum & sic periclitatur continentia. Quocirca in Apologia ad Gulielmum Abbatem, valdè persequitur condimenta irreligiosa. Tanta, inquit, accuratio, & arte cuncta apparantur, quatenus quatuor, aut quinque ferculis deuoratis, prima non impediant nouissima, nec satietas minuat appetitum. Palatum quippe, dum nouellis seducitur condimentis, paulatim desuescere cogit, & ad succos extraneos, veluci adhuc ieiunium, auidè renouatur in desideria. Venter quidem, dum nescit, oneratur, sed varietas tollit fastidium. Quis enim puras (vt eas natura creauit) epulas fastidimus, dum aliæ aliis multisariè permiscuntur, & sprevis naturalibus, quos Deus indidit rebus, quibusdam adulterinis gula prouocatur saporibus, transitur nimium meta necessitatis, sed necdum delectatio superatur. Plura alia hæc de re prolequitur.

de vita spirit. c. 3.

de vit. fo. lit. col. 14.

col. 7.

Extant

Exrant hac de re præclara monita Abbatis Serapionis, apud Cassianum, vetantis, ne alios ciborum sapores quæramus, quam quibus ab exhibente condicti sunt, tribus de causis: Primò, quia mens Monachi semper debet in omni tolerantia ac paritatis exercitatione versari, & secundùm Apostolum, discere, in quibus est sufficiens esse: nullatenus enim poterit, vel occulta, vel maiora corporis desideria refranare, quisquis gustatione modica insuauitatis offensus, ne ad momentum quidem, delicias gutturis suis valuerit castigare. Secundò, quia nunquam enenit, vt ad horam desit illa species, quæ postularur à nobis, & verecundiam necessitati, vel fragilitati suscipiendi incuimus, publicantes scilicet paupertatem eius, quam soli Deo cognitam esse maluerat. Teriò, quòd interim soltat sapor ille quem nos adici poscimus, aliis displicere & mucimur iniuriam multis, dum nostra gula, ac desiderio satisfacere cupimus, irrogare: propter eà omni modo hæc in nobis est castiganda libertas.

Hanc ob causam S. Chrystostomus, teste Metaphraste, in eius vitâ nunquam vlla conuiuia adhibet, sed solus domi comedebat, quia non libenter aspiciet aliquid, quod esset gratum gutturi, & cum voluptate fumeretur.

46. Oñd Panem sine delectu comede, quicumque obtigerit, mollem duro non anteposendo, nec è contrarietate vtò qui obtigerit ita scinde, ne circumscindas duriorẽ ad esum, mollioribus partibus reiectis, & è contrâ, nisi debilitas dentium aliud exigat. Hoc commendat S. Vincentius Ferrerius, vt nimirum ille comedatur panis, ad quem minus sensualitas inclinatur. P. Balthazar Aluarez si quando dissimulanter, deteriorẽ panem, ac duriorẽ, sibi accipere poterat, faciebat id, anteposens molliorẽ, & meliorem assidenti sibi.

47. Nond. Extra tempora ordinaria refectiois, etiam cum facultate ne comedas, nec bibas, nec os siccum, aquâ eluendo, humectes, vt S. Carolus Boromæus, quendam è suis docuerat.

Epictetus, etsi Ethnicus, suadebat iuxta praxim Socratis, post palæstram quam sequitur vehemens sitis, frigidam aquam haustam expuere, seque de intemperantiâ anteriore ad eum modum vleisci, idque nemini euulgare, ne subrepens gloriola temperantiam vitiet.

Et Apollonius laudatus ob id ab Epicteto suis dicebat: Si voles ipse te tibi ipsi exercere, sitibundus magno estu, accipe voces plenas aquâ frigidâ, tanquam rursus expue. At id te facere, nemini dixeris. Et Stobæus refert Platonem sæpè cum sitiret valde, haussisse è puteo aquam, statimque effudisse, vt appetentiam aquæ castigaret. Quod fecisse Dauidem Sacra littera testantur. Inter Regulas dictatas S. Pachomio ab Angelo extat Regula 51. talis: Si ieiunij instat dies, & sitire coeperit, bibere nõ audebit. Hinc Siluanus Abbas in Vitis PP. laudatus prouocatus in itinere à Zacharia discipulo ad bibendam aquam recusauit, cumque vrgeret Zacharias allegans sumptum ientaculum,

dixit ei Siluanus: Illa esca charitatis erat, filii, nos autem nostrum ieiunium teneamus. Quod sanè tanti faciebat S. Philippus Nerius, vt dixerit: Neminem fore virum spiritualem, qui extra tempora prandij & cæna aliquid comedit, vel bibit. Et Moniali Clementiæ Bizerræ à quâ id audiui, inter 3. monita ad salutem & perfectionem eius necessaria, hoc quoque dedit, ne quicquam extra tempora communia comestiois comederet & biberet: quæ, inquit, si seruaueris, etiamsi in infernam detrudereris, inde te extraham. Qui loquendi modus piè interpretandus est, vt meretur eximia sanctitas tanti viri. Præsertim cum legamus in vitâ S. Catharinæ Senensis, eius precibus, animam Matris eius, in peccato mortali mortuam, fuisse reuocatam ad vitam, & ab inferno liberatam. Quod, quomodo factum sit, aliis disputandum relinquo. P. Balthazar Aluarez hanc ob causam in cubiculo suo, nunquam voluit aliquid retinere ad indulgendum palato, etiamsi illi aliàs multa mitterentur, quæ infirmis dari curabat.

P. Thomas Sanchez, hoc quoque sibi seruandum præscriperat: circa potum aliquid relinquam, quamuis necessitati natura non satisfactum. Et de S. Francisco scribit S. Bonauentura, de aquâ frigidâ dum solis æstualet ardore, vix ad sufficientiam bibebat. Sanè S. Rex Dauid, magnâ licet siti æstuans, allatam sibi aquam à cisternâ Bethleem gustare noluit, sed Deo eam libauit.

Hunc imitatus S. Thomas, cum ipsi naufeabundo & infirmo allati essent haleces, quos expectierat, diuinâ virtute ex sardis facti, noluit eos in cibum fumere: vt scribit in eius vitâ Surius. Hoc spiritu ducti veteres illi Monachi, de quibus hæc Cassianus scribit: antequam, vel postquam legitimum, communemque refectioem percipiant, summâ cautione seruatur, ne extra mensam quicquam penitus cibi ori suo indulgere præsumant: vt incedentibus per hortos & pomaria, cum passim, blandèque per arbores vendentia poma non solum se obiciant pectoribus transeuntium; verum etiam strata per terram, conculcanda pedibus se offerant, atque ad colligendum parata, facile ad consensum concupiscentiæ illicere valeant insuentes, & opportunitate vel copiâ, quamuis districto atque abstinentissimos, ad sui desiderium prouocare, sacrilegum ducatur, non modò quicquam de his degustare, verum etiam manu contingere. Quod etiam valde commendans alibi ait, extraordinariam ac furtiuam cibi refectioem, vel plagis emendari solitam, vel expulsionẽ purgari. Quod etiam à S. Isidoro Hispanensi sub graui vetitum pœna legitur: Nullum, inquit, esus furtiuus contaminatio polluat: aut impudens, vel priuatus, extra communem mensam appetitus, excommunicationis enim sententiæ subiacebit, quisquis occultè, vel extra mensam aliquid degustarit. Hoc etiam S. Augustinus sanxerat. Quando quis non potest ieiunare, non tamen extra horam prandij, aliquid alimentorum sumat, nisi cum ægrotat. Et S. Benedictus. Nullus præsumat ante statutam horam,

48. 1.3.c.10.  
49.  
50. c.5.vitæ.

51. 2.Reg.25.  
16.

52.

ycl

vel postea, aliquid cibi, vel potus sumere.

53. *Decimo.* Accepta licentia in solennioribus anni diebus, quando plura quam tria cibaria dantur, a quarto abstine. Valde Deo placet in copia ciborum abstinence ab illis, & circa illos. Ideo cum in Monasterio S. Pachomij, eo absente per duos ferè menses, cocus Fratibus non coxisset, olera, uti imperarum & solitum erat, tum quod illis, ex abstinence amore, Fratres non vescerentur, unde iactura pauperatis, si coquerentur non comedenda, tum ut eo tempore Fratres vacarent pluribus perlythis textedibus; S. Pachomius visitans illud Monasterium, re intellecta perlythos quingentos eo tempore contextos combussit. *Quatenus, inquit, cognoscatis, quam perniciosum sit, Patrum instituta conuellere, que pro animarum salute prouisa sunt. An ignoratis quod gloriosum sit semper abstinere presentibus: Nam si quis ea re, que est in eius potestate, diuinâ consideratione se continet, magnum consequetur à Domino primum: ab ea vero re, cuius licentiam vtendi non habet, quadam poscitur necessitate cohiberi, & ideo propter abstinence coactam atque inutilem frustra necetur expectare mercedem: denique cum plures esca apposta fuerint, si Fratres parcus his vtuntur propter Deum, sibi maximam spem reponunt. De cibis autem, quos non vident, nec eis ad percipiendum vlla facultas tribuitur, quomodo pro parsimonia premium concedetur? Ideoque propter exiguos sumptus, tanta fratrum non debet intermitteri commoditas. Maior quippe est continentia: virtus his abstinere, quæ in oculis habentur & in manibus, inquit Rufinus, scribens vitam Ammonis Abbatis. Et supra vidimus iudicio S. Agneris apud S. Brigitam, talem abstinence in medio ciborum non gustatorum, esse martyrij quandam speciem.*

lib. 2. c. 3.  
vit. PP.

54. *Vndecimo.* Ex iis, quibus quotidie vesceris sine vlla licentia potes vnum bolum relinquere, ad quem magis appetitus propendet. Quod etiam circa panum varietatem suadet S. Vincentius, ut nimirum ille comedatur, ad quem minus sensualitas inclinatur. Hoc sepius etiam secularibus in honorem pueri Iesu commendantem, in publicis concionibus, audiui nostrum P. Bernardum Comagum magnâ sanctitatis opinione clarum, viuum & mortuum, in Domus Professæ Romanæ templo, Apostolico feruore & spiritu, & cum magno auditorum fletu, ac fructu concionantem. Sic & Balthasar Aluarez optimum bolum relinquebat, dicens: *Decere eum Deo relinquere.*

vitæ c. 4.  
pag. 42.

55. *Duodecimo.* Potes, uti faciebat Nolter P. Bernardus Comagus (si Superior permiserit) amarâ aliquâ herbâ occulte cibo admixtâ, eum tibi reddere minus lapidum. Sic S. Franciscus teste S. Bonaventurâ, admixta cocta cibaria aut conficiebat cinere, aut condimenti saporem admixtione aqua, ut plurimum reddebat inspidum. B. Clara de Montefalco, obsonia, per sussa aqua reddebat sibi insipida. teste Baptista Pergilio in eius vitâ. P. Balthasar

1. par. c. 7.

Aluarez cum ægrotaret, quo maiore inappetentiâ, & fastidio laborabat, eò maiorem vim sibi inferebat, ut quod apponebatur, comederet. Quia ipsa cibi sumptio tunc erat gustus mortificatio & cruciatus. Potiones & purgationes ex pharmacopæo sumebat cum morâ, & paulatim vsque ad vltimam guttam, imò verò in ipso ore vltimam partem retinebat, quasi illud abluens, ut sic potionis amarâ acerbâtem, diutius degustaret. Ægrotanti semel apposuerunt pullum non apertum, sed plumis tantum ablatis coctum, & quamuis ingratiſſimum haberet saporem, comedit tamen ex eo, ut se mortificaret, donec idem ille, qui apposuerat id aduertens, ex mensâ abstulit. Sed has omnes mortificationes ita facere studebat, ut nullus aduerteret, ut sic honorem & opinionem fugeret, quam homines de se mortificante concipiunt.

57. *Decimotertio.* Potes à quibusdam cibis suauibus vitæ perpetuò abstinere, sine quibus sustentari potest vita, citra vllum incommodum, tantum gulæ appetitum per talem abstinence mortificando. P. Balthasar Aluarez, quando cibus ipsi aliquis bene sapiebat, statim à se remouebat. Nolter P. Thomas Sanchez cibos deliciares ab amicis ad Collegium missos, uti sunt ex saccharo, & melle confecti, item gallinarum pullos, nunquam gustauit. Sic P. N. Bernardus Comagus perpetuò abstiniuit ab esu ficuum recentium, quos vehementissimè eius natura appetebat. Et cum interrogaretur, cur eas non comederet, occultans virtutem, dicebat, sibi nocere esum earum, sed mihi candidè dixit, se id facere sui mortificandi studio, & pernoctamentum, se intelligere spirituale, quia si eas comederet, meriti materiam perderet. Sic sancta illa Virgo Craconiensis Barbara Langouia, miris Dei donis illustris, perpetuò ab esu fructuum recentium abstinuit, eandem ob causam, ut & S. Nicolaus Tolentinus, nunquam pinguia, nunquam carnes, poma, ova, & pisces, siue lanus, siue ægrotus comedit. Sic B. M. Magdalena de Pazzis etiam in pueritiâ, non sumebat ientaculum, & in summo æstu nullo fructu refrigeratio vtebatur, uti alij domestici faciebant. Quod adeò Deo placuisse, scribit P. Virgilius cap. 5. Ceparius in eius vitâ, ut post 24. annos (scilicet 1595.) Deus ei reuelauerit, propter hanc mortificationem gulæ, preparatam ei esse mensam in cælis plenam pretiosissimis cibis. *Vesti quidem omnibus cum gratiarum actione, inquit S. Diadochus, que ad vescendum & bibendum adhibentur, non pugnat cum Regula scientie. Abstinerè tamen libenter à suauibus, & à multo cibo, maxime discretionis & scientie est: tamen si, que in hac vitâ sunt iucunda, & dulcia, nunquam possumus iucundè respicere, nisi Dei dulcedinem in omni sensu cordis, ac omni plenitudine eius degustemus. Magnorum fit meritòrum accessio per abstinence à talibus rebus, etiam*

mo.

modicis. Dei causa susceptam. Nam, ut ait S. Gregorius Nazianzenus: Nihil eorum, quae Deo offeruntur, tam parum est, quamuis etiam minimi momenti sit, quamuis longè infra ipsius dignitatem, quod non omnino accipiat, gratumque habeat.

Decimoquarto. Ad hanc gustus mortificationem pertinent actus illi heroici S. Catharinae Senensis & S. Francisci Xaverij, & aliorum nonnullorum, qui diuinitus impulsam saniam ex aliorum fætidis vlceribus manantem exuerunt, instat dulcissimi lactis. Eodem spiritus feruore accensus P. Bernardus Comagus, sui mortificandi studio propter Dei amorem (vix ipse mihi narrauit) ea humani corporis comedite excrementa, ab quibus nostra omnium abhorret maxime natura. Quandoque verò folia amara, & spinosa ex domestico hortulo decerpita, ita terēbat dentibus, & labijs, ut ex cruentatis labijs proflueret sanguis. Quae mortificationes gustus, dum volente Deo, & Superioribus probantibus adhibentur, quantopere Deo placeant, duobus demonstrabo exemplis. Primum legitur in Vitis Patrum, de quodam ministro Senis vlcerosi, cuius cum vulnus, saniam fætidam effundens, lauisset & aquam illam, quae illud abluerat, ad potum suum reseruasset, nec à Sene etiam rogatus, vellet discedere, eiusque factorem toleraret, Deus hanc ministri charitatem, & sui victoriam commendatam esse volens, fætidam illam aquam, & purulentam, in purissimam conuertit, Senemque illum inuisibili medicina sanauit. Sic B. Ludouicus Bertrandus, nobilissimi Prædicatorum Ordinis decus eximium, magnus, dum viueret, nostræ Societatis amicus, & Patronus, cum sumpto apud quendam ciuem, ad quod inuitatus fuerat, prandio, repente adductæ Sperantiae Assentiæ, Virginis Valentinae, vlcera, saniam & factorem intolerabilem emittentia à strumis (quas ne quidem Rex Gallia, quem adierat, suo contactu sanare potuerat) linxisset, & saniam exuisset, ac deglutisset, illico Virgo illa sanata fuit, abcessit factor, vlceraque sunt desiccata, uti Romæ legi in Relatione Rotæ Auditorum, pro eius Canonizatione Paulo V. Papæ oblata.

Decimoquinto. Siquid tibi in mensa defuerit, tace, non pete, erit enim hoc materia lucris caelestis. Ideo P. Thomas Sanchez inter propofita scripta, post eius mortem inuenta, hoc quoque posuerat. Si contingat Ministrum mensa, me trahere, hoc solum à Deo petam, ut mei omnino obliuiscatur. Hoc mortificationis affectu plenus P. Balchazar Aluarez, cum semel in hospicio quodam, vix aliud ad comedendum haberet, quam vnum onum, studio permisit cadere in terram, cum aliquo indicio, quasi inaduertenter cecidisset, ut etiam in illo exiguo cibo mortificaret.

Decimo sexto. In potu valde cauendus excessus vti & in cibo, seruandus est mos piorum Christianorum veterum, de quibus Tertullianus

scribit: bibitur, quantum pudicè est vtile, ita saturantur, ut qui meminere etiam per noctem adorandum sibi Deum esse. Quamquam hoc non tam ad mortificationem pertinet, quam ad temperantiam, uti obseruauit N. S. P. Ignatius, in libro Exercitiorum suorum. Huc spectat cibus modicus & parcus. Quem tanti fecit S. Hieronymus, & alij Sancti, ut ille scriptum reliquerit: Parcus cibus, & semper ventris esuriens, triduanus ieiunij praefertur, & multò melius est, quodis die parum, quam raro sumere.

Decimo septimo. Ita comede, ut quamuis non deneges, quod necessarium sit nutriendo corpori, ne in Dei laboribus pro debilitate deficiat, omnem tamen famem non exple, & ita discede à mensa, ut adhuc sine oneratione ventriculi cibum posses capere. Non contemnenda est hæc gustus mortificatio. Nam S. Pachomius Deo gratias agens pro beneficiis sibi præstitis ait: Tu nosti Domine, quia ex quo suscepi hunc habitum Monachi, nunquam satiatus sum pane & aqua, vel qualibet creatura aliâ, quam fecisti: Sic alter Senex in Vitis PP. dixit: Ex quo factus sum Monachus, non sum satiatus, neque pane, neque aqua, neque somno. S. Macarius per 20. annos, neque pane, neque aqua, neque somno se fatiatum fuisse prodidit. Asserens panem in pondere se comedisse, & aquam in mensurâ bibisse. Hoc est, quod S. Bernardus Fratribus de Monte Dei commendauit. Mensam tuam per se satis sobriam, sobrietas tua perornet. Et cum manducas, nequaquam totus manducas, sed corpore tuo suam refectioem procurante, mens suam non negligat, sed de memoria sua vitalis Domini, vel Scripturarum aliquid, quod eam pascat, meditando, vel saltem memorando secum rumina & digerat. Sed & ipsa necessitas, non seculariter, non carnaliter expleatur, sed sicut conuenit seruo Dei. Obseruandus est ergo sumendi modus, ut non effundat, qui comedit, super omnem cibum animam suam; tempus, ne ante horam, qualitas, ut quibus vicitur communitas Fraternalitatis, excepta causa manifesta necessitatis.

Decimo octauo. Etiam cibus vilibus, & crassis vescaris, sine auaritate, & desiderio voluptatis, quam aliqui maiorem in iis sentiunt, quam in cibus delicatis. Ex cibus, inquit Clemens Alexandrinus, ij sunt aptissimi, quibus ex se vti licet absque igne, secundi autem, qui sunt frugaliore, ac viliores. Negat Epicurus, inquit Cicero, tenuissimo victu, id est, contemptissimis cibus, & potionibus minorem voluptatem percipi, quam rebus exquisitissimis ad epulandum. Porro ut S. Gregorius docet, non cibus, sed appetitus in vitio est. Et ut ait S. Basilius, gula vitium non in escarum copia natura sua vim positam exercere nouit, sed in voluptate atque gustu, licet modicè admodum (addo & vilibus & crassis escis) vtare. Hinc à S. Augustino laudantur ij Monachi, qui concupiscentiam coëredebant ne se profunderent in ea ipsa, quæ sunt vilissima. Hinc SS. PP. etiam nimia aquæ potum tanquam intemperantiæ actum, & libidin-

Add. 10. a. Hebd. Ep. 10 Ad Furi. c. 4.

63.

Tr. de vit. folit. col. 14.

64. lib. 2. pag. dag. c. r.

65. Ser. de abdic. resu.

59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

nis incentiuū seuerē damnant, etsi aqua vile sit potionis genus, & frigidum. Damnat Clemens Alexandrinus, si quis ita cibū se impleat, ut amba maxilla simul insensur & vorans sudet, monetque, ut quae apponuntur, honeste ranganur & manus, barbaque & mensa, seu lectus, seruetur impolluta, facies huc illucque non versetur, ne quis inter comedendum plenis maxillis loquatur voce indecorā, & non satū expressā, ac significante: & ne simul edatur ac bibatur.

66. Decimonond. Etli adhibendae sunt mortificationes in cibus & refectione corporis, supra explicatae, vitanda est tamen excessiua mortificatio, per quam parum comedendo aliquis vitam decurrit. Nam etsi aliqui doceant id licere, & graues authores citati à Rodericio & à Nigronio, inter quos est Vasquez, Lessius, & Azor, tamen, qui Dei beneficio experitur se benē viuere, & Deo feruenter seruire, raroque peccare, & semper perfectiora eligere, & ardere desiderio propagandae quam maximē diuinā gloriae, illudque factis demonstrare in oblati, & vltro quae licis occasionibus, tali non suaderem vitam per subtractionem rerum necessariarum, & commodarum minuere, sed in simplicitate propter Deum seruare Christi monitum datum S.

ii. 4. c. 23. pag. 347. in lū. di. vñ. pict. Gertrudi: *Mihi quidem ad hoc oblatum erat vinum myrrhatum cum selle mixtum, quod citius morerer, sed desiderium multa patiendi pro homine retraxit me, ne biberem. Tu verò ē diuerso in eodem amore sume omnia necessaria, & commoda, ut per ea in seruatio meo diuitius vna conferueris.* Ideo S. Philippus Neriū aegre tulit (ut ab eius familiaribus audiui) quod S. Carolus Borromaeus exiguo cibo extraordinariē & inauditis ferē aliās ieiuniis, vltus sit vitam suam decurtasse, adeo Dei Ecclesiae necessariam.

## CAPVT TERTIVM.

## De Mortificatione Tactus.

67. Primò. Huc spectant diuerberationes membrorum flagellis, quas disciplinas vocamus, quae mortificatio fuit in vsu ferē omnium Sanctorum. S. Dominicus tres quavis nocte, & quidem flagello ferreo, seu catenā ad effusionem sanguinis se caedebat, semel pro existentibus in Purgatorio, aliā vice pro existentibus in peccato mortali, tertio pro seipso. S. P. N. Ignatium suae conuersionis initio ternam quotidie adhibuisse carnis verberationem, & 7. orationis horas, scribit Ribadeneira. S. Xaverium etiam in itineribus hoc in moribus habuisse, ait Turcellianus. B. Borgia adeo leniebat in se, ut ob vulnera tergo flagellis insicta caro cruentata putresceret. ut omittam alios innumeros ē Societate nostrā pie contra se crudeles. Sanē qui pœnas purgatorij aut euadere, aut magnā ex parte minuere vellent, quotidie dum sanus est, potest tales pœnas de se sumere. Neque valetudini hoc nocere,

docet debiliū experientia, eorum quoque, qui rupta pectoris venā non semel sanguinem expuere, & tamen aliquoties quotidie sardiu se flagellant. Tales erant nostri illi, quorum mentionem facit P. Luduicus de Ponte in vitā Balthasar Aluarez, qui bis in die, manē scilicet & vesperi, disciplinas faciebat, & vnamquamque vltra horā quadrantem: in Triclinio etiam per vnum aut duo Miserere disciplinis se caedebant. Sed P. Aluarez adeo seuerus quotidie in toto corpore, à pedibus vsque ad caput disciplinas faciebat, ut tyrones Medinae per modum exaggerationis dicerent, quod faceret tremere totum illud latūs domus, in quo illas faciebat, fuitque opus, ut Prouincialis illi terminum praescriberet, & limitem: & Confessarij aduertentes, quod ex malā corporis tractatione sensum minueretur, & confumeretur, iusserunt eum omnia moderari. Idem de nostro P. Stephano Tuccio scribitur in Societatis Annalibus.

68. Secundo. Cilicium, suam quoque commendationem habet, siue ē pilis equorum, siue camelorum, siue ē catenulis, vel laminis ferreis. Quali vsu B. Petrum de Alcantara scribit S. Teresa in vitā suā. Suaferim ego catenulis ferreis lumbos constringere, nam & maiorem adferunt carni dolorem, quam cilicium ē pilis, & munditiam conseruant magis, & non reddunt hominem ita ineptum ad opera ordinaria, vegeto animo, & corpore praestanda, ut facit cilicium ē pilis contextum, quo tamen multos Sanctos vsos legimus.

Sunt alij modi non minūs carni molesti, etsi fortē minūs frequentati, & quidem faciliores, & tunc quoque adhiberi possunt, cum non possunt primi illi, vel ob itinera, vel ob causas. Quanquam nec itinera impediunt à gestatione cilicij.

69. Tertiò. Mofcarum inprimis morsus, item culicum, item pulicum tolerati, molestissimum incutunt sensum doloris tactui. Calices noster P. Realinus fronti vel faciei insidentes, & sanguinem sugentes non abiebat, uti ab ocularo teste audiui. Idem scribitur de P. Nostro Alphonso Rodriguez: Noui ego homines in Societate, quibus Deus post non impeditos per plures hebdomadas diurnos pulicum morsus, eo tempore, quo acrius mordere solent, admirabilia virtutum heroicarum dona concessit, valde rara, per multos annos frustra aliās expetita.

70. Quarto. Si genuflexus totam horam Meditationis & examina peragas, sine villo fulcro, non tergi tantum, sed ne quidem pectoris, & manuum, & vltius lateris. Ita orabat vltimis vitae annis, propē octogenarius flexis genibus in medio cubiculi P. Bernardinus Realinus. Quē situm corporis cum spiritus feruore coniunctum & Beatissima Virgo Maria cum puerulo Iesū

Iesu ei sic oranti apparens, & Deus miro eum splendore circumdans, corpusque eius à terrâ in aërem attollens, honoravit. Sane ad eò hic fitus S.P. Ignatio placuit, in florente ætate, vt inter antiquas Ministri Regulas à se conscriptas, vnam posuerit, de visitandis quotidie Fratribus, Sacrum audientibus, vel in templo orantibus, vt videret, an fulcro alicui genua flectentes incumbere, indignam ratus hanc in oratione corporis indulgentiam.

71. *Quintò.* Si sedes nullo supposito puluillo, vel ceruicali, aliaue re molli, quam adhiberi hunc in vsùm in totâ Italia à Nostris nunquam vidi per annos 20. ne quidem senio confecti ibi puluillis vtuntur, ne quidem Superiores grandæui.

72. *Sextò.* Si caligas telâ, panno non subducto, sic & tibialia lanea sine lincis adhibeas. S. Franciscus, inquit S. Bonauentura; *Vestis horrebat molliem, asperitatem amabat, asserens propter hoc Ioan- nem Baptistam ore Diuino fuisse laudatum. Si quando verò in datâ sibi tunica lenitatem sentiret, choridulis eam contegebat interius: quia non in casulis pauperum, sed in palatiis Principum, iuxta Veritatis verbum, vestimentorum, dicebat, requirendam molliem esse. Experiencia enim certâ didicerat, demones asperitate tereri, deliciosi autem & molliibus vestibus ad tentandum fortiter animari.*

73. *Septimò.* Si indulia, lectique lintea ex telâ crassiore, & parua sine vllo mollioris delectu telâ, quandoque etiam lacera, libenti animo feras. Scribit P. Virgilius Ceparius B. Aloysium gauisum, cum ei quodâ in Collegio hospiti, solita lecti linteamina non fuissent per obliuionem data. Et alibus etiam hostiis promeretur Deus.

74. *Octauò.* Inter sedendum, si tergum reclinat ad parietem, vel sellæ retinaculum, non fulcias, vt in more fuit nostro Alphonso Rodriguez, & Francisco Caietano Siculo, cuius vitam conscribi sanctimoniâ plenam audiui. De S. Pachomio Abbate in eius vitâ scribitur, eum capere somnûm solitum, in cubiculi medio, non cubantem, sed sedentem, & quidem eo modo, vt nec dorsum saltem parieti pro sustentatione reclinaret. Ita dormiebat noster Alphonfus Rodriguez, & P. Sertorius Caputus, ambo cum opinione sanctitatis iam pridem mortui, ille in Maioricenâ Ciuitate, hic in Aquilana, vbi fuit primus Collegij illius Rector, rebus præclarè, & sanctè gestis, ac propheticis prædictionibus celebris. Cuius corpus incorruptum honorificè asseruatur supra terram elatum, & sub duplici claue, quarum vnam nostrum Collegium, alteram Magistratus Ciuius asseruat, custoditur. Laudatur hoc in B. Laurentio Iustiniano, quod dum Diuina canerentur officia, non dexterâ, non laeuâ sedilibus haeserit, & hunc situm semper in psallendo seruauit. Noster P. Balthasar Aluarez sedens vnum attollebat pedem, & ita

directissimum sublatum in aërem, non sine magno sensu molestiæ, sine fulcro tenebat, & nunquam in sede coriaceâ sedebat aut in aliâ que retro haberet reclinatorium, etiam cum esset conualescens, & corpus aliquâ requie indigeret: ac propterea nunquam in cubiculo suo habuit, nisi sellam ligneam plicatilem sine reclinatorio.

76. *Nonò.* Si inter sedendum pedem pedi, cruri non supponas: quod etiam in Arsenio duorum Imperatorum Magistro, cum factus esset Monachus, noluerunt tolerare SS. illi Patres, sed prudenti artificio emendârunt, quâ de re infra iterum agetur.

77. *Decimò.* Si sellam è corio, aliaue materiâ contextam, non adhibeas, sed ligneam, & duram. B. Aloysius cum iussu Superiorum in lecticâ veheretur, nodos quosdam quibus insideret, adhibuit, ad molestiam tactus: in sæculo autem calcaribus suppositis tergum pungebat. P. Balthasar Aluarez Abulæ elegit sibi cubiculum, in quo se vix posset mouere, nec vlla esset mensa, sed in quodam asserculo Breuiarium, & quosdam libros collocabat; nunquam in coriaceâ sede sedebat, aut in aliâ, quæ retro haberet reclinatorium, etiam cum esset conualescens, & corpus aliquâ requie indigeret.

78. *Vndecimò.* Si lectulo duriusculo saltem in æstate vtaris, & ad cubationem molliorem, & commodiorem nihil, ceteris dari non solitum, quæras. Item si super nudis asseribus cubes. Alphonfus Rodriguez hac in re se egregiè mortificabat, vt legi in eius vitâ Hispanicâ manu scriptâ. Iacebat enim in lecto tantum media pars corporis inferior, altera à cingulo vsque ad caput instar sedentis. Quod de S. Francisco scribit S. Bonauentura: *sapius, inquit, sedens, ligno, vel lapide ad caput posito, dormiebat.* Sic S. Iacobus laudatus à B. Theodoro, dum ægrotaret, non accumberebat, sed sedebat.

79. *Duodecimò.* Si subuculâ interiori, communi, sine vllo artificio factâ pelliceoque, vili, agnino, nullâ telâ, pannoque assuto te vestias.

80. *Decimotertio.* Si calceos gestes ordinarios, sine molliore, vel pretiosiore corio, & sine soleis crassioribus, sed communibus, ad summum hyeme duplicatis, ad arcendam humilitatem luti, noxiam sanitati, nisi sanitas vel certè senij debilitas aliud exigat.

81. *Decimoquartò.* Si foccos lincos non vulgares vites.

82. *Decimoquintò.* Si fricatione carnis pruritus, è sanguine accenso oriri solitum, non lenias. Qui toleratus maximam meo iudicio molestiam adfert, & materiam magnorum apud Deum meritorum, si eius causâ feruentianimo feratur.

83. *Decimosexto.* Si, dum decumbis, membra situ modesto composita habeas, ætate præsertim, vitatâ vlnarum denudatione, tibiaram & crurium eleuatione, seu inflexione (quod S. Bernardus

nardus improbat monens: *Ne resupinus iaceas, nec genua leuando calcaneos iungas ad tibias.* ) pedumque diuicatione, quæ & pudicos oculos offendunt, & adhiberi solent à delicatulis ad commodiorem corporis cubationem, & quendam tactus gustum. S. Climacus: *Cùm in lectulo decubas, sit tibi ipse iacentis habitus figura in sepulchro clausi, minusque dormies.* Ideò B. Iſaias monet etiam de mensâ loquens: *Pallium contegat pedes tuos, genua sint inter se coniuncta.* Noster P. Balthazar Alvarez dicebat, valdè esse attendendum circa modum iacendi in lecto, vt semper compositio religiosa sit & honesta. Nam si Religiosi non habent omnino extimtum patiendi desiderium, quid leuius eis euenire potest, quam se non discooperire in astate, cùm sani sunt, & tegumenta moderata habeant? & quomoda hanc decentiam seruabunt, cùm febri aliquâ graui incalescunt, & nemo illos videt, nisi ad eam seruandam sensim assueſcant?

84. *Decimoséptimò.* Si frigoris incommoda tolles, dum vel non citò, vel non sufficienter calefieri iubetur hypocaustum tibi assignatum; vel si datâ operâ (citra valetudinis damnum) non tam citò adhibeas interulam hybernâ, & sine veste superiore aliquamdiu, vel in cubiculo frigidò, vel alibi te contineas, & chirotecis. Pedibus tamen & capiti frigora maximè nocent; ideo circa hæc procedendum cautiùs, ne dum vetus homo affligitur, etiam nouus patiatur, cum detrimento Diuini obsequij, vt argutè monebat S. P. N. Ignatius, damnans indiscretas corporis mortificationes.

S. Pachomius in 67. Regulâ dictatâ ab Angelo præcipit: *Nullus in domo suâ audebit focum facere, nisi in commune omnibus accendatur.*

85. *Decimooctauò.* Si stando, vel sedendo diu vsque ad defatigationem corporis, & molestiam, legas, studeas, vt faciebat P. Benedictus Pererius.

86. *Decimononò.* Si, vt faciebat noster Alphonsus Rodriguez ambulando illam viâ partem elegeris, quæ magis laboriosa est, & vel toti corpori, vel pedibus molestior.

87. *Vigésimò.* Ita moue, & attolle pedes (quod non sine difficultate fit in debilibus & senibus) ne vllum eis strepitum edas, ne videaris soleis calceorum lateres fricare, aut ascendendo scallas, vel descendendo gradus cum sonitu quodam, ac si ligneis vtereris calcæis, quætere.

Non loquor hîc de vitando tactu non necessario omnino proprii, vel alieni corporis, qui non tam ad opus supererogationis spectat quàm ad conseruationem pudicitie: Siquidem vt expertus docuit S. Ioannes Climacus: *Fit nonnunquam, vt ex solo tactu corpus inquinetur: nihil quippe sensu isto periculosius.* Ideò ab his, quæ vel naturalia vel præter naturam sunt, à proprio atque alieno corpore, comprime manum.

88. Admirabilis fuit hac in te pudicitia B. Clare de Monte Falco, quæ accuratè cauebat, ne vn-

quam suo pede nudo alterum suum tangeret pedem: ideoq; ne id accideret, dormitura vestem intra pedes suos interponebat & colligabat. Tangi autem ab aliis etiam infirma nolebat, & hoc adeo videbatur ei repugnans honestati, vt ne cogitare quidem hac de re posset sine horrore. Hanc ob causam, dum eius corpori essent aliqua applicanda medicamenta, non alienis, sed suis ea manibus applicabat, & agrè ferebat, si Monialis aliqua discalceata incedens, ita attolleret vestem, vt eius nudus pes posset ab aliis videri, maiorem suadens habendam curam honestatis, quàm vestis, Vt scribit Pergilius in eius vitâ 2. p. c. 12.

## CAPVT QVARTVM.

## De Mortificatione Visus.

Magnâ custodiâ arcendi sunt omnes Sensus nostri ne per eos peccata tanquàm hostes nostri animam inuadant. Vnde S. Ambrosius: *Nunc, inquit, intelligo, quâ causâ Dominus Iesus insufflauit in faciem hominis: ibi enim sensus omnis, ibi sedes atque illecebra delectationis in oculis, auribus, naribus, atque in ore, vt sensus nostros aduersus delectationes fortunas faceret.* Sed maximè custodiendi sunt oculi. Non est reprehendus aspectus oculorum, inquit S. Chrysostomus, ponderans ex Genef. h. 22. in aspectu oculorum motos homines ad libidinosum amorem mulierum ante diluuium, sed voluntatis negligentia, & effrenata concupiscentia. Nam oculus propterea factus est, vt, dum videt creaturas Dei, ipsorum Conditor glorificetur. Itaque oculi opus est videre: malè autem videre, à mente est, quæ intrinsecus gubernat. Nam membra nostra, vt pote vilia, ad faciendâ bona condita sunt à Domino & gubernari possunt ab incorporeâ substantiâ, de animâ dico.

Primò. Prima mortificandorum oculorum cura esse debet, in vitando illarum corporis partium aspectu, quas pudor vetat, in quouis sexu, & ætate. Cicero monet, ea quæ natura occultauit, omnes qui sanâ mente sunt remouere ab oculis, ipsique necessitati dare operam, vt quàm occultissimè id fiat. Idem dicendum de factis imaginibus. Terribile est illud exemplum, quod refert S. Prosper: *Quædam, inquit, iuuenicula, ancilla Dei habitum gestans, cùm in balneo lauans, simulachrum Veneris impudicè aspiceret, & se ipsam, eique se consimilans, domicilium se diabolo præbuit. Statim ille leo, qui rugiens circuit, quem querebat inuenit. Meatus igitur gutturis occupans, nullam cibum, nullumque potum traiciens per 70. sermè dies totidemque noctes, ieiunium sibi diabolus ex capto possessoque vase exhibuit.* Ideò S. Hieronymus; *Mibi, inquit, omnino in adultâ virgine lauacra displicent, quæ seipsam debet erubescere, & nudam videre non potest.* Obseruat S. Ambrosius, morem veterem Romæ & in plerisque ciuitatibus fuisse, quem etiam Cicero commemorat; vt filij puberes cum parentibus, vel generi cum soceris non lauarent, licet plerique se & in lauacro, quantum possunt, tegant, ne vel illic, vbi nudum

91. totum est corpus. huiusmodi intellecta sit portio. Deinde nunquam voluntariè extra magnam necessitatem, & verè magnam alia quoque honestiores partes aspiciendæ sunt, quæ teguntur. Obfuit talis aspectus non vni, nec leuiter. Ideò P. Balchafar Alvarez valde cautus erat, etiam cum solus esset, dum se exeret & surgeret. vtrumque enim faciebat magnâ cum honestate, vt nullam sui corporis partem videret. Sic & P. Iulius Macinellus totâ vitâ suâ nullam corporis sui partem, quæ tegi solet, aspexit, præterquam dum accensâ candelâ & inuersâ, igneis stillis decidentibus, eas adureret.

92. Avertendi sunt etiam oculi à rerum sordidarum & sordium omnium aspectu, non tam ex naturalis nausæ impulsu, quàm ex tenerimâ dilectione honestatis, puritatisque & Dei quâdam reuerentiâ. Sicut enim S. Carolus, teste

93. Giuliano, in templo S. Praxedis, Romæ contingere noluit puluillum genibus suis ad orandum suppositum, postquam intellexit, iis innixum summum Pontificem orasse, indignum ratus, illos cedere vsui alterius, Summo Pontifici minoris, ita indignum est, aspectum nostrum conuertere ad res sordidas, quo res sacras & Diuinas intueri solemus. Quod de rerum sordidarum aspectu dictum, idem multò magis de actionum, et si naturalium & necessariorum, sed sordidarum aspectu intelligendum, is vitetur propter Summi Numinis reuerentiam. Hoc etiam Ethnici honestiores commendant. Ideò Demetrius Phalereus monebat inter alia adolescentes, vt in solitudine se ipsos reuereretur. *Spektare enim si quid huiusmodi fortuito, accidat, inquit S. Ambrosius, quanti horrois est? Quod ergo in aliis displicet, nunquid potest in se ipso placere?*

96. *Secundò.* Post hæc diligentissimè cauenda oculorum curiositas etiam instantanea, tempore sacrarum functionum, siue in templo, siue alibi, vt, quemadmodum monet S. P. Ignatius, dum cum Deo agimus, *vel clausos habeamus oculos, vel in vnam partem defixos, neque huc neque illuc motos.* Hoc enim & reuerentia Diuinæ Maiestatis exigit, & studium continendæ mentis, ne ad cogitanda aliena, à proposito, se effundat.

97. *Tertiò.* In iis locis, in quibus occurrunt aspectui nostro, etiam nolentibus, fæminæ, summo studio auertendi sunt oculi, etiam si nullum timeatur ex tali aspectu mali grauioris periculum, & hoc Sanctis magnis, & quodammodò confirmatis in gratiâ, cordi fuisse legimus. Præmonuit enim Spiritus Sanctus: *Auerte faciem tuam à muliere comprâ.* Ideò S. Iob pepigerat sedus cum oculis suis. *Cur vt ne cogitaret de virgine, Nam oculus repræsentat materiam cogitationi, & hæc amoris.* Nolu it ergo eam aspiceret, ne, vt ait S. Hieronymus, prius incautè aspiceret, quod postmodum inuitus amaret. Non statim enim debellatur voluntas, à concupiscentiâ per oculos excitatâ, sed post luctam aliquam tandem vincitur, vt auriga ab equis indomitis. *Oculi est, inquit S.*

Chrysofomus, videre; malè autem videre à mente est. Postquam autem hæc negligens esse, & habenas laxare cœperit, quemadmodum auriga, nesciens indomitum equorum ferociam compescere, & equos currum trahentes, & se ipsum in præceps ire facit, sic & voluntas nostra. Quod etiam Viri sanctissimi suo damno sunt experti. S. David, inquit S. Theodorus Studita, *conspicit à sorte coniuge incustoditè, quid patrarit, norunt, qui legunt.* Hinc S. Franciscus, vt obseruauit in eius vitâ S. Bonauentura, non solum mortificari debere docebat vitia carnis, & eius incontinentia frenari; verum etiam exteriores sensus, per quos mors intrat ad animam, summâ vigiliantia custodiri. *Mulierum familiaritates, colloquia, & aspectus, qui multis sunt occasio ruine, sollicitius euitari iubeat, asserens per huiusmodi, debilem frangi, & sortem sæpè spiritum infirmari.*

98. *Quarid.* In res non malas, sed indifferentes, non ligendus aspectus, nisi ob meram necessitatem. *Membrum est oculus lubricum, inquit B. Laurentius Iustinianus, instabile, semper noua inspicere cupiens & inspecta repetere, huc illucque restititur, curiositatem suam implere volens, nec valens, vacantis animi sibi connectit ignauiam, atque in propatulo rerum expositus, mentu intentionem rapit, dissipat prudentiam, cogitationes sine intellectu reddit, nisi subiiciatur sapientiæ iugo, & interna considerationis refrenetur arbitrio.* Itaque dum incedis domi, vel foris, dum menfæ affides, oculos ne circum torqueas ad vllam rem videndam, quæ necessaria non sit ad tuam præsentem functionem: vnde præter modestiæ laudem, impediens multas mentis euagationes, quibus oratio impediti solet curiosorum. P. Bartholomæus Riccius suos imbuebat Nouitios, vt ad vnius hominis iustam longitudinem, dum incederent, oculos versus terram deiectos, aspectu protenderent, eò quòd hoc satis esset ad bonum, sine vllò lapsus periculo, progressum in viâ. Sanè cum Beatissima Virgo Maria nostrum Fratrem Alphonsum Rodriguez suam examinantem conscientiam reprehendisset, quòd eo die casu sublatis in altum oculis nolens fæminam vidisset, è domus fenestrâ prospicientem, tria ei monita dedit: *Quando incedis per viam, non attollas magis oculos, quàm sit necesse ad videndum, vbi pedes figas: ad neutrum latus conuertas oculos, nec caput attollas, sicut hodie fecisti, quando vidisti mulierem.* Inter pia proposita P. Thomæ Sanchez, viri valde sancti, inuentum est, scriptum ab eo, post eius mortem: *Quando conglobatos videbo, non subsistam, ne videam, quod illi vident, per domum ita defixis oculis incedam, vt nihil videam, nisi transeuntium vultus, ad honoris signum exhibendum. In mensâ nec ipsam lancem inspiciam, donec sumpsero.* Hæc res non est parui momenti, siquidem per Angelum S. Pachomio, cum aliis Regulis, tradita fuit diuinitus, vt scribit Palladius in Historiâ Lausiaca, & testantur S. Hieronymus, S. Ioannes Damascenus, & alij, & in primis Martyrologium Romanum. In hac

9. am. Gen. ad in.

2. in. nel.

Luettius li. Offic. cap. 18.

0.

Offic. n. 127.

de di. r. 6.

Eccl. 9. 8. Job. 31. 1. la. c. 7. Turc. 18.

Offic. 18. Offic.

h. 22. in Genes.

c. 5. vitæ.

de per. fect. grad. cap. 4.

99. lib. 1. c. 28. vitæ.



itaque Regula vna est eiusmodi: *Ne frater Fratrem videat comedentem, comedenti non liceat loqui: non extra quadram & mensam aliud oculos conuertere.* Et S. Hieronymus ait: *Inter veteres Monachos neminem aspiciere solitum alterum operantem, sed defixis luminibus vnumquemque in suis operibus intentum.* Sanè cum Gerardus Comes Niuernensis in Galliâ, postea Carthusianus, monuisset S. Ludouicum Regem Francorum, quòd ludentes latrunculis spectaret, tulit æquo animo Rex sanctus obiurgationem: quanto magis Religiosorum oculi auertendi à talibus, etsi indifferentibus: Valdè enim placet Deo mortificatio aspectus in talibus rebus. Hinc Christus Dominus exemplo sue passionis exiobat à S. Brigittâ: *Quia oculi mei erant sanguinolenti, & pleni lacrymis, idè oculi tui debent abstinere à delectabili visu.*

In præfat. Reg. S. Pach.

Petr Dor. libr. 4. Chron. Carth. cap. 14.

100. l. i. Rem. cap. 11. 101.

*Quintò.* Qui sanctorum in numerum in cælo referri cupiunt, præter hanc oculorum custodiam, quæ omnino necessaria est omnibus, etiam hoc addunt, ne quidquam aspiciant ad honestam etiam oblectationem. S. Carolus Boromæus, cum in villâ Caprarolâ Farnesianâ esset, toto, quo ibi mansit, tempore, intra cubiculum, pernoctationi assignatû, se cõtinuit, hortos, fontes, & alia oculorum oblectamenta, ne quid leuiter volens aspiciere. Idem fecit, & in aliâ quadâ villâ in Ducatu Mediolanensî, vt ita non tantum vitia (quorum ibi locus non erat) sed etiam non malas naturæ curiosæ concupiscentias, Christi causâ crucifigeret.

De virt. & vitiis. l. 6. sect. 2. c. 7. n. 40.

Obseruauit noster Theophilus Raynaudus, etiam loci in quo degas amœnitatem vitandam, quòd ea multorum sensuum demulcendorum origo sit. Nec modicum inde & castitati & aliis temperantiæ partibus imminere discrimen docet ille, qui deductum se scribit in terram vario gramine indutam: *Idèd,*

*Quales sudis de vertice flores  
Terra parens, cum se confesso iunxit amoris  
Iuppiter, & toto concepit pectore flammæ.  
Enicure rosa, violaque & molle Cyperon,  
Albaque de viridis riserunt lilia prato.  
Talis humus Venerem molles clamauit in herbas,  
Candidiorque dies secreto sauis amoris.*

Docuit id exemplo suo Plato quem in hunc finem delegisse philosophari in Academiâ loco inamano & insalubri obseruat S. Hieronymus impugnans Iouinianum: *Quia vt scribit Seneca ep. 51. Regio quoque est, quam sapiens vir aut ad sapienciam tendens declinet, tanquam alienam bonis moribus. Illic sibi plurimum luxuria permittit. Illic tanquam aliqua licentiâ debeatur loco, magis soluitur.* Sic B. Laurentius Iustinianus in hortum remittendi animi causâ nunquam accessit, quod vnum solet esse remedium Monachorum, inquit Bernardus Iustinianus, in eius vitâ. Idem alibi ait, eum dicere solitum: *Nullam rem Monachum aspiciere debere in hoc sæculo, quæ desiderium illius teneret.* Sic noster Alphonsus Rodriguez per annos 47, quos

c. 2. vit. 102. c. 9. vitæ.

in Religione perduxit, nunquam petiit licentiam pro sua recreatione, eundi ad campos, vel ad hortum, vt scribitur in eius vitâ. Sic & P. Ludouicus de Ponte, nec infirmus, nec sanus, aspectu camporum se recreabat. Potest mens nostra oblectari domi, solitâ relaxatione post cibum; non est quòd cum dispendio temporis, ad meritum æternæ vitæ cumulanda dati, aliæ querantur iucunditates. Sic Magister P. Ludouici de Ponte, P. Balthasar Aluarez, dum Romam ex Hispaniâ missus venisset, tanquam Procurator Prouinciæ Beethicæ, noluit distrahi excurrendo ad videnda curiosa Romanæ vrbs, sed tempus, quod alij in iis rebus consumebant, expendebat in prolixa oratione apud SS. Corpora, quæ visitabat.

l. 1. cap. 6. vitæ.

103.

*Sextò.* Huc referenda est, cauendaque egressio è cubiculo sine magnâ necessitate, non tantum ad adeunda loca secularium, sed etiam domestica, vt non tantum Sancti monent, sed ipse Seneca, qui queritur, se tali egressione deteriorè rediisse. Huc quoque spectant alia oculorum pericula, & damna, de quibus, quia sunt magni momenti, accuratius iterum infra c. 14. tractabo n. 237. & seqq.

104.

*Septimò.* Ad hoc caput referri potest monitum S. Basilij: *Iracundiæ, aut memoriæ iniuriarum, aut inuidiæ, aut contentioni nullus prorsus sit, neque gestus, neque motus, non verbum, non oculorum acris obtutus, non vultus conformatio vlla, non aliud quippiam, ex quo eorum, quibuscum vniuius irritari animus possit.* Eum enim apud prudentes viros, inquit noster Didacus de Celada, *contumeliosum sit detrahendi vitium, quidam, ne non delicientur substantiâ voluptate, nequeunt, rusticandè obmurmurare linguâ, quòd vrbane oculis, oculis inquam detrahant. Nimirum insidiâ & malâ pace linguam exarant, & armant oculos nutuum detractione. Implet oculos maledicentiâ, vt vrbano stylo substituant linguæ ignominiam. Vnde officina videndi, arbitrium murmurandi facta est.* Si autem non sequatur cor nostrum oculos nostros, vt non sequebatur in S. Iob, vt ait S. Diadochus, *summa continentia est index.*

Ser. 1. de Inst. moa.

In. cap. 9. Iudith. 5. 27. n. 13.

105.

Iob. 31. cap. 56.

CAPVT QVINTVM.

De aliis corporis vexationibus.

**F**eruentes Dei serui corpus suum, tanquam hostem domesticum (vt eum appellat S. Bernardus) asperè tractare consueuerunt. Idèd vitæ benè dicebat P. Balthasar Aluarez: *Animam, quam amore Christi Domini vulnerata est, non esse contentam, nisi vt ipsum corpus vulneretur. Nam tunc quemadmodum in ipsis cordibus est similitudo, quando vtrumque est vulneratum, ita inter eius corpus & sanctissimam Domini sui Humanitatem, quam lesam videt, & vulneratam. Quare cum eius Dominus non mittit corpori dolores, & morbos, ipsemet sibi hoc assumit, vt proprium corpus affligat, & vulneret. Ita enim aptum reddit virtutum instrumentum. Trucidemus,*

106. vitæ c. 4. pag. 44.

107.

demus, inquit S. Chryſoſtomus, membra carnis; ſi ad operandum virtutes idonea reddere ſtudeamus: poterimus autem ſi offeramus Deo ſacrificium beneplacitum. Quando mortua fuerint membra, tunc magis erit Deo ſacrificium. Praxis autem huius trucidationis, tum aliis modis ſuprà explicatis, & infrà declarandis, hæc quoque eſſe debet.

107. Primò. Tempus ſomni non ſit neceſſario longius, rari ſunt, quibus 7. horæ non ſufficiant. Nò eſt à grauedine capitis quærendum conſilium, hæc enim conſuetudine abigitur, etſi initio non nihil inſeſtet. Sancti magni hæc rem fecerunt: idèò decurrabant ſomnum. Abbas Arſenius vix aliquid dormite ſolitus, appellabat malum ſeruum, & dicebat; Sufficere Monacho dormire vnam horam, ſi tamen pugnaverit eſt. Sed vitæ mixtæ deditis vna non ſufficit hora. Noſter S.P. Ignatius ſomno horas circiter 4. dabat. Totidem S. Xaverius, & S. Philippus Nerius.

108. Secundò. Tempore 7. horarum exacto, ſi vel horam audias; vel exciteris; ſine vllâ morâ te propiciendo ex lecto, ſepè plurimum mereberis ob luctam corporis, diuturniorem morulam ſomni, vel cubationem experientis. Nam & victoria ſomni, dum dormitamus, magni eſt meriti apud Deum. Vnde ſancto cuidam Seni reuelauerat Deus, Diſcipulum eius ſeptem meritum eſſe coronas in celo (quas etiam ei præparatas vidit) quòd ſepties reſtituſſet cogitationi noctu eum ſollicitanti ad ſomnum. Somni, inquit S. Baſilius, leues ſunt, cuiusque modi, qui excuſi facile poſſunt, ex natura vti que præſcripti, ad victusque rationem appoſiti. Id verò interim accurandum ſtudium que aſſeruandum eſt, vt commentandi rebus arduis ipſi poſſeant ſomni. Nam alioſque correptum eſſe ſopore, ſi que eſſe veterno diſſoluta hominis Contemplatoris membra, vt interim pateat aditus viſi abſurdè obrepentibus, id certè inſtar eſt quotidiana mortis. Atque quòd aliis diluculum, id nox tuis diſmiſiata eſt, qui ſe colenda pietatis ſtudio deuouerint. Tum verò præcipuè otium anima largitur, nocturnum conticinium, cum neque oculi aſpectus importunos, neque aures auditus obſturbatores intrò ad cor admittunt. Quocirca S. Bernardus perſtringit acriter eos Monachos, qui ſomnos capiant matutinos, & longos; noctes dormiendo conſumentes, & dies ſabulando ducentes otioſos.

109. Terriò. Somnum, etiam breuem, à prandio ſi vitaueris, non raro te affliges eum adrepentem excludendo. Nam, vt ait S. Ioannes Climacus: Difficile ac durum eſt, aſtino maxime tempore, excutere meridianum ſomnum. S. Pachomius; vt in eius vitâ dicitur, laudat Zachæum Monachum, tanquam cunctam humanam laudem tranſcendentem inter alia, quòd nunquam dormiret interdum. Et SS. veteres plurimum momenti poſuere in mortificatione; & abbreviatione etiam neceſſarij ſomni. Vnde inter eorum laudes ponit Theodoretus, Quòd luctarentur contra ſomnum, nec paterentur ſe vinci ab illius dulcedine; ſed dulciſi-

mam ſuperaffent tyrannidem. Et de Publico Eremitâ ſcribit: Nemo vnquam vidit quieſcentem, vel minimam partem diei. In B. Laurentio Iuſtiniano id commendatur: Quòd cum omnium Monachorum mos ſit, poſt Matutinum ad ſomnum redire, donec ſol illuſceſcat (quod etiam S. Tereſia ſuis Monialibus facere ſuadebat, vt tunc ſe ſopori darent) Laurentius per omnem vitam nunquam de Eccleſiâ diſceſſerit, donec ad Primam Fratres conuenerent. Caue, in quantum potes, inquit S. Bernardus, ſerue Dei, ne totus aliquando dormias, ne ſit ſomnus tuus, non requies laſſa, ſed ſepultura corporis ſuffocati, non reparatio, ſed extinctio ſpiritus tui. Suſpecta res eſt ſomnus, & ex magnâ parte ebrietati ſimilis. Exceptis enim vitis, nihil temporis tam deperit de vitâ noſtrâ, quàm quòd ſomno deputatur &c. Sobrium cibum ſobriumque ſenſum, ſequitur ſobrius ſomnus. Carnalis verò ſomnus & brutus, & ſicut dicitur, lethæus, abominandus eſt ſeruo Dei.

110. Quaritò. A conſuetis culinæ vel Reſectorij functionibus, quas quiuis, ſaltem ſemel in hebdomadâ obit, nunquam te ſubducas ſine grauiffimo impedimento, ad eaſque accedas quàm citiffimè, recedas quàm tardiffimè, & quantum licebit per alias domus Leges, diu immoreris. In tuâ functione, Dei ſeruis, Dei cauſâ, inferuias, tam accuratâ diligentia, quantâ ſeruies ipſi Chriſto, ſi vel menſæ accumberet, vel in culinâ præſens te ſui corporis oculis laborantem ſpectaret. Non eſt credibile, quàm magna ſpiritualia lucta colligant ij, qui ardenti erga Deum affectu, res has obeunt; quàm poſſunt accuratiſſimè. Solet enim Diuina liberalitas, magna, & rara dona iis concedere, qui res paruas, eius cauſâ, magno, & raro ſeruore expediunt: vti oſtendam in Opufculo de priuilegijs fidelium Dei ſeruorum.

111. Quintò, in Triclinijs nec comedendo, nec miſtrando alijs, caput ob æſtum, vel calorem detegere, quod in Italiâ detegere, etiam in ſummis æſtatis ardoribus, nemo conſueuit: & ſi id caueatur, moleſtiæ alicuius erit occaſio. Plura de hac re proponam in Opufculo de praxi continuæ in omnibus mortificationis, noſtris hominibus à S.P.N. Ignatio magnopere commendatæ.

112. Sextò. Bona & illa eſt corporis vexatio, dum ſolus nemine cernente oras, diu in altum inſtar crucis elatas expandere manus. S. Pachomius Abbas, Conſueuerat ſtans in oratione manus expandere, quas per aliquot horarum ſpatia minime colligebat; ſed extenſione diuturnâ, veluti cruci confixum corpus retinebat immobile, & ſic animum ſuum ad vigilandum in precibus excitabat. In vita P. Balthazaris Aluarez ſcribitur; Noſtros quosdam ſolitos ſtare per horas aliquot extenſis brachijs in modum crucis. In Regulâ decimâ S. Pachomij præſcriptum eſt, ne vllus habeat apertum caput meditationis tempore. In Regulâ verò 11. vt apertis capitibus veſcentur. Item ſedendo (quod in more habuit No-

De vita ſolitar. col. 14.

110.

111.

Reg. 12. ſum.

112.

113.

114.

ter P. Sanchez) unum, vel utrumque pedem, quamdiu potes, sublatum à terrâ, nulli rei innixum habere. Quod etiam in more habuit noster Alphonsus Rodriguez Coadiutor, qui stans vno pede, quamdiu poterat, aliis non cernentibus se sustentabat.

115.

116.

vite. c. 4. pag. 43. fin.

Septimo. Odores citra necessitatem, præsertim aliorum, ad tuum cubiculum adeuntium, ne adhibe. Noster P. Balthasar Alvarez hostis erat rerum boni odoris extra Ecclesiam, & locum alienius egroti, quando id erat necessarium. Et eodem mortificandi se spiritu, etiam cum esset Superior, immunda loca purgabat. Sanè odorum usum ita S. Hieronymus damnat, vt scripserit epistolâ ad Demetriadem: Peregrini muris olentes pelliculas, quasi quasdam pestes, & venena pudicitie, Virgo deuster. Antiquior eo Clemens Alexandrinus ait: suavis odoris studium esse escam otij & mollietis, quæ ad libidinosam & intemperantem voluptatem paulatim abstrahit: & sicut boues annulis & funibus, ita etiam intemperans suffribus & vnguentis, & suauolentibus rosarum odoribus trahitur. Ideò vnguentorum fragrantiam, lasciuie suspitionem inferre, & nocere plurimum; alij quoque sancti tradunt, vt S. Chrysostomus, S. Cyrillus Hierosolymitanus, S. Gregorius Nazianzenus, S. Gregorius Nyssenus & S. Ambrosius, qui ait: Luxuriosi hominis, vel potius non hominis esse, olere vnguentum. Quin etiam Ethnicorum eadem erat sententia. Martialis: Posthume, non bene olet, qui bene semper olet. Nam, vt ait

Chr. h. 10. de Laz. & h. 2. in 1. Tim. in moral.

Cyr. cath. 12.

Naz. or. 18.

Nyss. or. 3. de ref.

Amb. in c. 7. Lucæ.

Mart. l. 2. epigr. 12.

Aristoteles, Non tam nares pascit grato rei odoriferæ oblectum, quam animum rei concupitæ, cum quâ coniungitur refrigeratâ recollectione. Quæ omnia intelligenda sunt de odore, quo corporis membra vel vestes imbuuntur. Et de his vsurpandum est Atalæ Regis dictum, apud Senecam: Optimus odor in corpore est nullus.

epist. 108. l. 6. inlt.

cap. 22.

Ficinus l. de vitâ longâ cap. 18.

Lactantius odorum oblectationem tanquam lasciuos & plagas damnat; affirmatque qui vnguentis oblitus, & floribus suauolentibus instructus incedit, hominem insipientem esse, & ineptum, ac nihili, & quem ne odor quidem vitæ attigerit. Ceterum si vel ætis pestifera conditio, vel clausi diu cubiculi fætor exigat boni suffitum odoris, exiguo pretio comparati; & ex medicina & rectæ vrbantatis præscripto adhiberi potest: præsertim si hospites aduentantes, alius venturi expectentur. In quibus occasionibus adhiberi posse honestè odoris voluptatem; censet eodem loco Clemens Alexandrinus, in quo non rectum eius vsum damnat.

CAPVT SEXTVM.

De Paupertatis Actibus.

117.

Paupertas solida id exigit, vt quàm paucissimis rebus & vilissimis vtantur Serni Dei; sed qui saltem aliorum attendunt in statu Clericali extrema fugiant, & sequantur exemplum Ab-

batis Agathonis: Qui in omnibus discretione potest, etiam in vestimento. Talibus enim vestibus vtentur, vt nec satia bona, nec satia mala cuiquam appareant. Quin & antiqui Sapientes ac morum Magistri id omnibus præscribebant. Seneca ep. 5. Non splendeat toga, ne sordeat quidem. Epictetus apud Arrianum. Cum adolescentem è scholâ dimittimus, monemus ne abiectione sordidiorque appareat, indutus vilibus pannis atque deformibus, ne nimis delicatis elegantibusque vestiatur. S. Bernardo In vestiu semper paupertas placuit, sordes nunquam.

Ruff. l. 1. num. 77. Rol. pag. 12. n. 75.

l. 1. c. 8.

l. 3. cap. 1. vitz.

S. Chrysostomus obiicit elegantiam Christianam, atque neminem è Philosophis Christianis vili ac lacero panno indutum per forum ingredi ait. Quocirca Zacharias Papa ep. 7. ad Pipinum & Galliam Pontifices scribit, illos qui tenentur studio Monastica vitæ æmulanda, præclariori veste indutos, debitum prædicationis persolvere oportere. Sed qui auulli à conuersione viuunt, possunt lacris & vilibus indumentis vti. Sic S. Basilus teste S. Nazianzeno in orat. pro Basilio Præfecto bonorum præscriptionem minitanti respondit: Bonorum præscriptioni obnoxius non est, qui nihil habet, nisi forte lacris & detritis hisce pannis indiges ac paucis libellis, in quibus omnes mihi facultates & copia sunt.

l. cont. gent. Baton. A. 744.

744.

Primo. Nihil vnquam des, accipias, etiam mutuo, sine necessitate & expressâ facultate, etiam si sit vnum filum, vna acicula. Quod tanti fecit S. P. N. Ignatius, vt in primis Societatis Regulis, manu scriptis, manu propriâ hac de re Regulam ita vetantem scripserit, & inter casus referuatos pro nostris posuerit, tertium: Si quis accepit rem aliquam vel aliquod ad domum pertinens, valoris etiam vnius penne. Hinc pia manauit consuetudo, ab ipso S. Ignatio commendata, vt nostri antiqui initio Confessionis, primo omnium dicerent, an nec ne acceperint, vel dederint, aliquid sine facultate.

118.

pa. 4. fin.

Secundo. Res, quarum vsus omnino tibi erit necessarius, habeas quantum potes, viliores, & in substantiâ & in modo, v.g. vestem è panno viliori, pellicem è pellibus vilissimis omnino, nullo panno, aliâque materiâ nisi aliud cogat ætas vel infirmitas) assuetâ rectum. Vide S. Isidorum Pelusiotam ad Cratonem Monachum sic scribentem: Quod vestitus mollietis, & subtilitas colorque elegans, religiose ac Deo gratæ exercitationis regulam minime seruent; vestis Christi declarat vili, quâ Galileorum pauperes vtentur, & Ioannii Baptistæ &c. Molli indumenta spiritali illi thalamo, fulguris in modum rutilante, minime digna sunt. Quâ obrem: si huius desiderio teneris, vilem Dei nostri Iesu vestitum imitare. Nam mollietis presentis lasciuie est non celestis splendoris. Ideò vilem vestem, non positam esse debere ait S. Basilus, & S. Augustinus, & S. Benedictus, quod olim sanctè seruabant veteres, & sancti illi Monachi teste Cassiano. Idem de aliâ suppellectili & ornatu cellæ dicent-

119.

l. 1. ep. 74.

Bal. c. 1. reg. à Ruf. transtata.

Aug. c. 1. 1. Bene. cap. 1. Reg. 1. Cass. lib. 1. inlt. cap. 1. dicen-

dicendum. *Credite Fratres, inquit S. Bernardus, & vnam experiri vobis non contingat, quia pulchritudines iste, & forenses honestates, citò virile propositum emulant, & masculinum animum effeminant. Nam etsi sopo sãpe vsu sopiuntur earum delectationes, etsi sint aliqui qui vrantur huiusmodi quasi non vrent, tamen contemptu melius, quàm vsu extirpantur, & vincuntur huiusmodi affectiones. Conferunt etiam non modicum interioribus nostris exteriora nostra ad similitudinem mentis aptata & composita, & bono proposito, suo modo, respondentia. Pauperior enim cultus in aliis frenat concupiscentiam, in aliis circa amorem paupertatis afficit conscientiam. Sed & internum interioribus suis animum magis decet inculta omnia & neglecta exteriora, quibus animus ipse, dum sepius alibi conuersari dignoscitur, seque alibi magis occupatam in tentio sancta denunciat, efficaciter bona conscientia conciliat interiora, cui omnia exteriora viluisse reuinciat. Sic S. Polychronius apud Theodoretum, cum ei missum fuisset cilicium à B. Iacobo, illud remisit, cum id videret densius & elegantius. Perpetuum enim vsus est vilibus, & minimi pretij vestibus: ad eò autem existimabat paupertatem esse quouis Regno magis expectandam, vt nec necessarium semper haberet nutrimentum. Sic S. Arsenius, quondam in Palatio sublimis sub Theodosio Imperatore, cuius filios Arcadium, & Honorium Augustos de baptismo suscepit factus Monachus, sicut in sacris conuersatione minus pretiosis vestibus, & omnibus utebatur, ita postmodum in Eremo Scythia degens, studebat, vt ab omnibus Monachis viliora, & despectiora vestimenta haberet. S. Basilii tradens viuendi præcepta S. Gregorio Nazianzeno, vnum modò sit vestitus propositum, inquit, operimentum vt existat ab æstus frigorisque iniuriâ corpus arce-re aptum & idoneum. Tunica sit eo vsque crassa, vt alio opus non sit integumento ad calefaciendum corpus, eà contentum. Calicarium esto pretio quidem illud vilis, sed quod vicem suam implere possit. Et alibi: Vestimenta, inquit, calceamenta que non ea exquirenda nobis sunt, que sunt elegantiora, sed qua viliora, ea deligenda, vt in hac re etiam animi nostri humilitatem significemus, non quod opinionem nimis elegantium, aut nosmetipsos amantium, incurramus. Similiter habeas Breniatium non Antuerpianum, vel Parisiense, sed Venetum; quod minoris venit, idque non deauratum. Rosarium è ligno aliãne materiã communi & ordinariã. Indusia è crassiore telã, quod non difficile à Custode vestium impetrabis.*

Reliquiaria è materiã vulgari confecta; & similia: sola Biblia typo, quantum fieri potest, elegantissimo impressa vt circumferas, impetra à Moderatoribus; ea enim non tã commoditati corporis, quàm verè vtilitati seruiunt, & tanquam Dei ad nos Epistola, vt aiunt Sancti merentur, vt caractere præstantissimo imprimantur, & impressa legantur. quippe ipsius Dei verba ab ipso Deo immediate SS. Prophetis, & Apostolis, non tantum reuelata, sed etiam dictata, quanquam à sacris Scriptoribus eã, quã ute-

bantur, linguã conscripta. S. Chryostomus eos reprehendit qui elegantiores calceos gestabant.

Placet Cælitibus talis Paupertas. hinc cum dæmones specie porcorum inuassent conuersum Carthusianum in eius cellã, eòsq; ei apparetis Beatissima Virgo expulisset, & trepidantem esset solata, sic allocuta est: *Placet, quod facis, tuique animi deuotionem Deo, mihi que gratam esse noueris. Fac ergo, quod facis, & ex his ad meliora perseueranter proficere stude: atque vt tibi aliquid singulare in mandatis tradam stude vilibus escis, complectere abiectas vestes; operi manuum deuotus insiste. Huc spectat, nullã re curiosè factã vt, vel nimis elegantem. Ex hoc paupertatis amore P. Balthasar Alvarez nunquam nouam induit vestem, sed prius curabat, vt iam factã aliis aliquam diu vteretur, & tunc demum illam ipse induebat. Imò nec novos calceos, donec aliquis alius eis per aliquot dies vsus esset, ac iam splendorem recentium amisissent. Exhortationes, quas faciebat, etsi magni essent momenti, eas tamen non in mandã chartã, sed in operculis literarum scribebat, vt & in hoc paupertatem exerceat (quo etiam modo scriptas à P. Bobadilla & P. Salmerone S. Ignatii locis Conciones non semel vidi.) Metina donarunt ei semel elemosyne nomine sedem quandam holoserico operatam, & tunc dixit, velle se eam in locotatis domus nobilissimo collocare. Quare illam misit ad culinam, vbi tam diu mansit, donec consumeretur, ac dissolueretur: vt Nonij ad cocum iuuandum ingredienti cogitarent, debere se vitam suam contrario modo instituire, quàm suadeat mundus, & nihili facere quod ille magnificat. Horrebat res curiosas, etiam piã, secum gestare: quales sunt imagines, reliquiarias, agnus grana, & similia; eò quod huiusmodi rebus minimum cor Religiosi adharecat: quod prodit impatientia, quã mouentur, cum aliquid tale iis aufertur. Ideò S. Dorotheus Dositheo cultelli cuiusdam pulchri, cui videbatur affectus, interdixit vsum in valetudinario. S. Basilii etiam calceos monet debere præferre quàm minimum curiositatis, minimumque sumptu parandos, modò ad necessarium vita vsum sit satis. Placet Deo vsus vestimentorum vilium, & rerum aliarum. Hinc Beatissima Virgo inter laudes S. Catharinæ, filiæ S. Brigitte, dixit: *Vade, consue tunicam tue filie, que magis gaudet de vetustã & reparatã, quàm de nouã, que magis desiderium habet ad crissum burellum, quàm ad sericeum, vel aliud pretiosum indumentum, vt scribitur in Vita S. Catharinæ: ideoque eam quandoque miraculis confirmauit. Legimus in Vita S. Martini, cum ei loco vestis Episcopalis pauperi datæ, empta esset vilis altera, & curtas manicas habens, dum eò sacram Hostiam in Missã eleuante manicæ sese retraherent, quod defuit illis ad carnem propè manuum initium tegendam, hoc cælestis splendor obtexit. Sic dum S. Brigitta filia S. Catharina, rogatu honestarum Matronarum, quippe ceteris procerior eleuasset manus ad botros uarum, ex vinearum maceris depen-**

Reg. f. 120.

cap. 12.

cap. II.

dentes decerpandos, brachia eius visa sunt vestitu deaurato fulgere. & hyacintho ac purpura esse optimè vestita: Cum tamen, ut in vita S. Brigittæ & in vita S. Catharinæ scribitur, pro paupertate, quam elegerat, repetitas haberet manicas, & praruptas, quas nobiles illa Marone cum admiratione singillatim at- trechantes stupebant, quod tam humilis, & deuota persona his pretiosis vestibus, ut eis apparuit, vteretur, non intelligentes diuinum esse mysterium quod cernerent. Alio quoque tempore, cum B. Catharina gratia valetudine corporis depressa lecto decumberet, & voluntaria pauperatis pro se ferens insignia, supra stramineum iaceret stratorum, habens sub capite vnum cusinellum, cooperto de super antiquato, & emendato mantello, quidam eius specialis amicus, nobilis Baro Romanus, Ludouicus nomine pluribus stipatus satellitibus, ipsam ex deuota compassione visitare satagebat. Sed Dominus Iesus Christus, qui paupertate suâ pauperum suorum inopiam, gloriâ & honore extulit, huius etiam pauperatis voluntaria sue vilitatem, & abiectionem, ineffabilis gloria sua diuitis in conspectu Domini Ludouici potenter, & diuitis, insigniuit. Nam cum veniret, ubi infirma decumberet, lectus eius videbatur sibi delicatior, & optimè lecti sterneis inflaturatus, de super, deaurato & hyacinthino tegmine resplendere. Vnde plurimum admirans dixit comitibus suis: Melius esset, ut ista Domina hæc pretiosa venderent, & cum pretio eorum suam inopiam releuarent. Sic, dum ante annos 12, Violantiæ Palumbaræ, Moniali, Sorori Matchionis Palumbari, in Monasterio Romano S. Franciscæ, dicto Turris Speculorum, morienti assisterem, eiusque animam properantem ad exitum, cum multis Monialibus nobilissimi illius Monasterij, Domino commendarem; illa, etiam iam à tribus horæ quadrantibus vsu oculorum, uti morti proxima, amiserat, nec quicquam proficius, naturæ facultate videret; demissa repente è caelo luce meliore, Flaminiam primam suam auunculam, vel amicam ad finem lecti flexis genibus orantem aspexit, & admiranda dixit, esse splendore cælesti, uti plures quoque alias Moniales (non omnes tamen) quas etiam nominauit, radiantes, & tegumentum lectuli, è vilissimâ, & pauperum propria lana albâ contextum, esse è pulcherrimâ & candidissimâ veste Damascenâ confectum, & vilem, quam tenebat manibus, coronam, à Flaminia sibi mirudò datam, non alios, quam ligneos globulos nigros continentem, esse ex adamantibus, & rubinis, & saphyris compositam, Deo vilis materiam pauperiem ex paupertatis amore, ad vsus quotidianos adhibitam pretiositate cælesti honorante.

121. Huc spectat vsus cingulorum è vili materia, & non nimis latorum, semel tantum (more S. Ignatij Patris nostri) non bis, contra morem antiquum Societatis circumductorum. De S. Gregorio Papa scribit in eius vita Ioannes Diaconus, cingulum vnus pollicis latitudinem non excessisse. Audiui quoque ab oculato teste Illu-

strissimo D. Nicolao Sapieha, postea Castellano Vilnensi, cum eilethali morbo laboranti apparuisset Lublini in Polonia S. Franciscus Xaverius, eum que repente sanasset, apparuisse cinctum cingulo, ex panni extremitatibus auulso (Polopice, Krayka) nodum verò ligati eius cinguli non ad latus, sed ad vmbilicum fuisse à se oculis propriis visum. Hoc & Romæ, & postea in Lithuania Vix iste Illustrissimæ Familiæ mihi constanter narrauit. Sanè ut benè cum aliis obseruauit Alardus Gazæus, Christus Dominus cingulo laneo vsus est, ea enim cingulorum materia apud Paestinos fuit in vsu, à quorum communi more, cultuque Christus non recessit. Vnde D. Hieronymus Marcellæ, quæ Paestinam incolebat, è lanâ cingulum commendat: Sit, inquit, cingulum laneum, & totâ simplicitate purissimum. Miratus sum, dum in Cle-

mente Alexandrino legi præscriptum fuisse ab eo, ut lectus non affabrè & curiosè factus, pedes habeat planos & leues. nimis enim curiosa & exquisita tor-natura, sunt sæpè reptilium semita animantium, dum in incisuris artis circumaguntur, & minime dilabuntur, hoc est, cinnices nascuntur & fouentur.

Huc spectat, in vestitu ab omni vanitatis specie abstinere. Scribit Cæcilius 1.4. ca. 12. Regem Franciæ cuidam Monacho de Ordine Nigrorum, petenti ut quendam militem coëreeret, qui Monasterium illorum infestaret, & diceret: Verè Domine, omnia quæ habemus rapit, etiam penè nihil nobis dimisit, dixisse: Apparet in calcæis vestris: Si aliquid dimisisset vobis corij, non essent tam stricti. Simili responso correxit quendam Abbatem Ord. Cister. Philippus Romanorum Rex, ad quem in simili causâ venerat, indutus calcamentis nimium strictis.

122. Tertiò, Nihil superfluum habeas in suppellectili vsibus tuis destinatâ. Melius enim est, ut ait S. Augustinus, nimis egere, quàm plus habere. Admirabilia sunt huius rei exèpla in Diogene, a lioqui Ethnico. Nam, ut scribit S. Hieronymus: Refert Satyrus, qui illustrium Virorum scripsit histo- 1.2. adu. Iouin. rias, quòd Diogenes palliolo duplici vsus sit propter frigus: speram pro collario habuerit & si puer & vulgò appellatus sit, in præsentem horam poscens à quolibet, & accipiens cibum. Habebat autem in portarum vestibus, & porticibus ciuitatum, cumque se contorqueret in dolio, volubilem se habere domum vocabatur, & se cum temporibus immutantem. Frigore enim os dolij vertebat in meridiem, æstate ad Septentrionem, & utique sol se inclinauerat, Diogenis simul prætorium vertebatur. Quodam verò tempore habens ad potandum canum lignum, vidit puerum manu concuâ bibere, & elisisse illud fertur in terram, dicens: Nesciebam, quòd natura haberet poculum. Febrî iam senex in itinere dicitur apprehensus, accubuisse in crepidine viâ: volentibusque eum amictis aut in iumentum, aut in vehiculum tollere, non acquieuit: sed transfens ad arboris vmbra, locutus est: Abite, quæso, & spectatum pergite. Hæc me nox aut victorem probabit aut victum. Si fe-

In. notis ad l. 1. c. 1. Inst. Gall.

lib. 2. pag. dag. 19.

Bull. reg. h. e. re. cap. 15. h. om. 7. J. om. 1. h. ad. h. e. v. 2. c. 1. PG. 17.

122.

1.2. adu. Iouin.

L. ep. 116.

brem vicero. ad agonem veniam ( scilicet Olympiacum, ad quem iter illud susceperat ) si me viceris, ad inferna descendam. Hinc S. Pachomius, Angelo dictante, hanc Regulam scriptam reliquit. Nemo in cella sua habeat præter ea, quæ Monasterij legè præcepta sunt. nec paucos nummos, nec proprium aliquid, extra habitum suum. Et Regula alia vetat, quicquam ad vendendum in cella sua reponere, ne quidem vinum pomum ferre ad cellulam suam ex loco agrorantium. Itaque non habes duos cultros, non duas clepsydras æquales, non duos pelliceos, non duas vestes, bina manuum tectoria, chirotecas scilicet, & manicam, sed alterutro contentus esto: non plures in cubiculo libros impressos, quam opus sit pro ordinario vsu, præfertim eos, quibus alij magis egent & frequentius.

Sic S. Zenon apud Theodoretum, vinum librum accipiens à familiaribus, eum totum legebat, & eo prius reddito alium accipiebat. Non plures ad scribendum calamos, quam opus sit, non 2. breuiaria, non 2. thecas, duosque pectines, & 2. cissoria: non 2. pileos, non linea tibialia, non pectoralia non necessaria, nihil duplicatum, imò nihil indumentorum in cubiculo retineatur, cuius non sit vsus; sed in commune vestiariarum referatur. quod S. Basilus, & S. Benedictus præscriperunt, nisi fortè propter aliorum spirituales utilitatem, vi sunt disciplina, cilicia mutuo danda, vel donandæ alicui iconculæ, & similes res piæ. Pulchrè S. Chrysostomus Angelis eos ait esse similes, qui rebus paucissimis vtuntur. Et S. Basilus, hominem Angelico ritu viuere, dum paucissimis contentus est. In cubiculo Balthazaris Aluarez aliqua etiam necessaria deerant, nam cum Concordantiis indigeret dicebat malle se aliquot passus impendere, eundo ad Bibliothecam communem, quam apud se illos habere, vt sic magis coleret paupertatem. Nec aliam sedem apud se habebat, quam scabellum aut sedem sine reclinatorio. Et cum aliquis insignis tituli & dignitatis vir eum visitabat, valde lepide illi dicebat: Dominatio vestra sedeat nunc in hoc scanno, tanquam in domo pauperum, etiamsi in domo vestra plures sint ac superflua sedes, in quibus licebit postea commodius sedere: & ipsi Domini plus hac ratione edificabantur. S. Ildorus Pelusiota Castum Scholasticum refutans, diuitiarum laudatorem, eaque testimonio Demosthenis comprobantem, exemplis Ethnicorum impugnat: Apud Veteres, inquit, hoc in more positum erat, vt post conuiuium tyram caperent, illudque canerent: o diuitia, vnam nec in terra videremini, nec in mari. Aristides, cum opes sibi comparare posset, paupertatem amplexus est, adeo vt vrbs Atheniensis eum vira extremo die sanctum, publico sumptu humarit, & ipsius filias collat: a dote viris collocarit. Thebanus Epaminondas, omnium illius vrbis Imperatorum præstantissimus, cum in Concionem vocaretur, eo die progredi detrectauit, quod cum ipsius vestis ablueretur, nec aliam qua indueretur, haberet. Crates facultatibus omnibus suis vrbis sua Senatui cesit, dixitque: Crates craterem libertate donat. Phorio, cum ad eum Alexander Mace-

do centum talenta misisset, ex his, qui ea tulerant, percontatus est; Ecquid cause esset, quamobrem ex tam multis Atheniensibus ad eum duntaxat Alexander misisset; qui cum respondissent, hac de causa id Regem fecisse, quod eum probum atque honestum virum existimaret, tum ille: Sinat igitur me talem & esse & videri: atque hec iis, qui munus tulerant, locutus, pecunias remisit. Plato, ne quis aurum & argentum possideat, interdicit. Lycurgus Lacedamoniorum Legislatores, aperte sanxit, si quis nummum Lacedamonem importasset. Idem alibi scribit Diogenem in panis viuente, 1. 3. epist. Persarum Rege copiosorem, ditioremque, sibi esse visum. 154. Antisthenem squalentem, ac sordidum in lætitiâ versari solitum, linguamque aduersus eos qui luxui & deliciis indulgebant, tanquam armis quibusdam, instruxisse.

Ad superfluum fugam spectat speculum, 123. & eius vsus à Magistris vitæ spiritualis, valde in Religiosis improbat. Sanè Philosopho cuidam obiectum fuit in iudicio: Speculum habet, speculum possidet Philosophus. Qui superfluis abstinent, solent à Deo gratiã deuotionis ditari. Hinc Abbas Isaac apud Cassianum inter impedimenta orationis mentem grauantia, numerat sollicitudinem sæcularem, eamque ait esse in Religiosis, Si cum duarum velamen sufficiat tunicarum, ad vsu noctis ac diei, tres vel 4. procuremus; si duarum habitatio sufficiat cellarum, 4. seu 5. cellas capaciosas, quam vsus desiderat, extruamus.

Quarto. Iter facturum nunquam compares ea, 124. quæ ne sæculares quidem debiles, nisi fortè paucissimi & rarissimi, solent. Scilicet vinum aliudque genus potus à vulgari diuersum; quin & condimenta ciborum non ordinaria, vt oliuæ sale conditæ, mala citria, vel aurea; & his similia. In hospitii verò, ne pluribus melioribusque cibis mensam instruas, quam domi faceres; imò, quantum fieri potest, paucioribus, vt dum quali tui iuris es, magis Dei causa affligas te, subtrahendo hosti domestico etiam aliqua ordinaria. Ita S. Xaverius dum peregrinaretur in Indiã, vilissimis cibis, modicis, emendicatis, vtatur: carnem, vinum non gustabat, imò ne panem quidem triticeum, cum tamen domi dum esset, illis vesceretur cibis, quibus & alij nostri. Qui amat Dominum Iesum, pauperem nostri causa factum, agnoscat minima quæque ex ardenti erga eum dilectione facta, vel sibi negata, magnas eius esse delicias.

Quinto. Ita vtaris rebus omnibus, vt in ipso earum vsu appareat non tuas esse, sed alienas: ideoque tanquam alienis, & quasi ad horam tibi mutuò datis, vtare, & quasi paulò post eas eorum possessori restitutus integras & immaculatas. Ita fiet, ne libros, vestes, facile macules, & destruas, vel atteras; sed diu mundas, integras & nitidas conserues, nihil cum culpa perdas, nihil malè complicatum, loco uè decenti non repositum; abicias, aut pulueribus repositum, lutoque infectum. Hanc ob causam

Bal. reg.  
hecti 69.  
Beac. reg.  
cap. 15.  
hom. 7. in  
leam.  
hom. 1. de  
laud. ieru.  
vix. c. 1.  
pag. 17.

1. epist.  
116.

Coll. 9.  
cap. 5.

124.

125.

mo-

in Inf. sue Cong. cap. 18. monet B. Petrus Damianus: *Libros ita custodiat, ut nunquam super literas manum teneat.* Cauent enim isthæc omnia benè morigerati, dum rebus mutò accoptis, præsertim à persona illustri, & magnæ autoritatis, vtuntur. Quæ autem persona maior esse potest, quàm Dominus Iesus? cuius sunt omnia illa, quæ tuis destinando vsibus. Religio tibi quodammodò dat mutò, non donat. Sanè pauperes, & mendici diligentissimè conseruant & mundant res, quibus vtuntur, quia sciunt se non facilè alias comparare posse. Deceet autem mundi mendicum superare, etiam in hoc, Christi mendicum, Christi imitatorum.

126. *Sextò.* Affectu nimio etiam res viles caue retineas; sed ita vtaris omnibus, vt, si auferantur, ægrè non feras, non turberis, non contendas, sed ita animò dispositus sis, quomodò esses, si cuiuspiam alteri essent ablata, vel destructæ, vel maculata.

127. *Septimò.* Caue ne in vsu tuo res multas consumas, quàm paucissimis contentus sis. Ideò medicinas sine necessitate magnà noli adhibere: idè candelam ardentem, dum exis, ad longiusculam mansionem extra cubiculum, ne relinquantur: nec eo tempore, quo carere posses, eà vtaris: vt tempore meditationis, nisi fortè egeas lumine ad legenda puncta: reliquias candelarum propè consumptarum ne abicias, sed congrega, vt suo tempore reddas candelas paranti Fratri: nec pluribus, quàm sit opus, vtaris. Nam & hæc paupertatis parcitas plurimùm Deo placet. Memini me anno circiter 1611. audiuisse Culmæ in Prussia à Sophiâ Sienatiâ, nobilissimæ Familia, & animi, Moniali, Ordinis S. Benedicti, postea Fundatrici Monasterij Sendomiriensis in Polonia Minore sanctè defunctâ, visum ab eâ nostræ Societatis Sacerdotem, multò ante solis ortum in hyeme celebrantem ad aram maximam templi, & Monasterij Culmensis, vnde quaque caelesti splendore circumdatum, dum ex paupertatis affectu noluisset (vti poterat, & mos erat aliorum) ad ipsùm Missale breuiorem habere candelulam, ad legenda meliùs in Missali verba. Ita paupertatis amator, dicit Deus, actus paupertatis, etiam in hac vitâ dicit, & caelestibus remuneratur fauoribus.

128. *Octauò.* Ita rebus omnibus vtaris, ne quicquam perdas, siue domi, siue foris in itinere. Notum est illud, quod Cassianus scribit: *In septimanâ cuiusdam Fratris, cum præteriens œconomus tria lenticula grana in terrâ iacere vidisset, que hebdomadario festinanti, dum ea præparat coctioni, inter manus eum aquâ, quâ diluebantur, elapsa sunt, confestim Abbatem super hoc consuluit, à quo velut interuersor, neglectiorq; sacri peculij indicatus, ab oratione suspensus est. Cuius negligentia reatus non aliter ei remissus esset, nisi cum publicâ penitentia dimissus.* Si tria tantum grana lentis, Viri illi sancti casu elapsa, ad eò puniendâ iudicantur, quid fecissent ob volunta-

rios in rebus maioribus defectus: S. Benedictus præscribit, diligenter custodiri ferramenta, & negligenti eorum tractatori graues pœnas imponit. Quod eius commentator, Abbas Smaragdus, similibus S. Basilij, & Isidori statutis confirmat. Diligentiam, inquit S. Basilij, in omnibus vel vtendis, vel conseruandis eam adhibe, quam in Dominici rebus adhibere par sit, neque eorum quicquam, si casu negligenter abiectum sit, sine desperare. Hinc in Regulis S. Pachomij dictatis ab Angelo, Regulâ 35. præscriptum legitur, vt omnia ferramenta post operationem (extra domum peractâ) ad domum reportentur. Et Reg. 75. dicitur: *Si quis aliquid perdidit, ante altare, publicè corripiatur: Si verò de propriis vesticulis fuerit, quod perditum est, tribus hebdomadis non accipiet, & in quartâ aut penitentia, dabitur ei quod amisit.* Et Reg. 121. *Præpositus Domus increpationi subiacet, si ante 3. dies non nuntiauerit Patri, siue in viâ siue in agro, siue in Monasterio, quid perjerit, & aget penitentiam iuxta ordinem constitutum.* Et reg. 120. *Pellicula caliga, & si quid aliud perierit, qui perdidit increpabitur.*

129. *Nonò.* Post vsum rerum necessariarum, benè illas compone, seu libros, seu alia, vt lecti sunt, & cetera supellex cellæ. Inter Regulas ab Angelo traditas S. Pachomio, & diuinitus in ære incitas fuit 56. *Nemo vadens in Congregationem ad vesendum, demittat codicem non ligatum.* Et in primis manuscriptis Societatis nostræ Regulis à S. Ignatio factis anno 1549. & manu propriâ S. Ignatij limatis, vna erat, vt singula cubicula bis quotidie visitarentur, à Subministro, manè statim post primum Sacrum, vt videret, an essent politè accommodata (Italicè est, politamente concie) à Ministro verò post prandium eandem ob causam. Hanc quoque ob causam magnus ille Cassiodorus, instructâ insigni bibliothecâ Monasterij Vuaricenis, præscripsit modos complicandorum librorum, vt aptè collocarentur ad vsum. Huc referri potest Regula 117. S. Pachomij: *Si vestimentum ad solem expansum tertius inuenerit dies, dominus vestimenti pro eo increpabitur, & aget penitentiam in colledâ, stabitq; in vesendi loco.*

130. *Decimò.* Res quibus vsus es cum Superioris licentiâ, si tales sint, quibus & alij indigere possint, restitue vel reponere statim sine morâ, in locis, è quibus abstulisti. Hinc S. Pachomius præscripsit languenti, vt postquam vsus fuerit palliolo, vel alius vtensilibus, tempore languoris, à Præposito datus, cum sanus fuerit, reportet sine morâ vllâ.

131. *Vndecimò.* Valdè grata est & illa Deo paupertas, dum quis ex amore eius abstinet à medicinis pretiosis, & frequentibus, & profus omnibus, nisi graui morbo ad eò prostratus, vt pedibus non possit subsistere, & diu decubitus putetur. Qui ergo dolores iliacos & transeuntes quasdam indispositiones, patientie, & victus moderatione tantum curat, verè paupertatis amatorem se ostendit.

132. *Duodecimò.* P. Balthasar Alvarez solèbat dicere: *Nemo*

Nemo sibi de sensus illustrationibus & spiritualibus consolationibus blandiatur, nisi hilari vultu bolū paupertatis Evangelica deglutiat. Tunc autem deprehendet, an illam amet, si eius etiam comites diligit, famem, sitim, frigus & contemptum. Qui enim in vestibus quarrit honorem ne vilis habeatur, non diligit paupertatem: qui, dum sitit, non potest sitim aliquamdiu tolerare, is non studet pauperari: qui nihil vult sibi deesse, & tamen vult Religiosus haberi, decipitur.

CAPVT SEPTIMVM.

De Castitate & Honestate.

**B**Enè monet Abbas Charemon apud Cassianum, *Ut tanto erga acquisitionem Castimonie desiderio, atque amore flammemur, quanto quis peccatarum cupidissimus appetitor, vel qui summā honorum ambitione distenditur, vel qui intolerabili pulchrae mulieris amore raptatur.* Ideo quæ castimoniam labefactare possunt, aut eius maculandæ periculum accerere, omni studio conatuque vitanda sunt, præsertim Societatis hominibus, quibus S. Ignatius non tam multis verbis, uti paupertatis & obedientiæ vota, commendauit Castitatem, sed his solis, *ut enitentur Angelicam puritatem imitari & corporis & mentis munditiā.* Idem dicendum est de honestate exteriori sensuum, & membrorum corporis nostri, procedente ex internâ animi castimoniâ, & puritate: quam Diuina Maiestas tanti facit, ut inter virtutes, ob quas Beatissima Virgo fuit exaltata super omnes Angelicorum Spirituum Choros in caelo, primo loco numerata sit à Christo, *Honestas illius.* Vti Christus Dominus reuelauit S. Brigittæ. Delectatur enim Sponsus cælestis, qui inter lilia pascitur, animo & corpore puro. Ideo Christus Dominus B. Mariæ Magdalenæ de Pazzis, inter 9. gratias, quas promisit Religiosis, si in iis seruarentur 9. Regulæ; quinta Regula à Christo præscripta hæc fuit: *Si oculus Religiosorum odio prosequatur eorum contrarium; id est, quamlibet rem minimam, qua posset maculare candorem puritatis, Deus meus faciet eos oculo interno videre, gustare, & penetrare suam excellentiam, & bonitatem, & amorem, sicut facit Sanctis; & faciet participes suorum secretorum, sinendo illos requiescere super pectus suum, sicut contigit puro Ioanni.* Quoniam verò vitium impuritatis periculosus est ferè omnibus aliis, idèd Christi seruum

Primò, decet ab eo esse remotissimum: quò enim hostis potens abest longius, eò viuitor securus. Idèd cum venialia peccata castitati contraria faciliè aduocent mortalia, da operam, vt nunquam etiam venialiter pecces contra castitatis virtutem & votum. Quod faciliè cum diuino auxilio, tuorumque sensuum & cogitationum curâ diligenti assequeris. Vti præter multos alios Sanctos affecta est Teresia, quæ totâ vitâ suâ ne venialiter quidè peccauit contra Ca-

stitatè, vt scribit Didacus Ypeffus in eius vitâ. Atque ita omnes impuras cogitationes repellere, quàm diligentissimè, postquam eas inuasisse te senseris. Oculorum quoque eam custodiam habeas, ne curioso aspectu, vllam des impuris cogitationibus occasionem.

Secundò. Quoniam dæmon videns se non posse vincere castum cor clarè sædis, solet palliatæ specie boni obiectis, affectum humanum inficere, cauenda erunt hæc, quæ, si rem benè examinaueris, agnosces ex sensuali & non viquequaque puro affectu proficisci. Formâ præstantes adolescentes ad oblectationem oculorum ne aspicias, nisi tunc, quando aliter fieri non potest, aut non deceret: cum iisdem non magis, ac frequentius agas, quàm cum aliis; & dum agendum est necessariò, ita vt declinari nequeant, affectu intus frænato eos adeas; relectatâ eâ aueritate & velocitate affectus, quæ ad conuersationem cum talibus impellere solet sui impotentes. Talium pedes, & omnium denique puerorum, ac adolescentium, & faminarum, et si tecti sint, ne aspicias. Si Sacerdos sis, maximè initio Sacerdotij, non magis ad talium (idem dico de fæminis, præsertim iunioribus) Confessiones excipiendas, quàm rusticorum, eas. Deus bone, quot in hac parte dæmonis illecebræ pullulant, nitorem animi, curioso rerum fædarum audiendarum desiderio maculantes!

Tertiò. Nunquam, quantum fieri potest, etiam in necessitate, tangas immediatè eas corporis partes, quas pudor regit. Ne in eo, inquit Abbas Charemon apud Cassianum, *tale aliquid inuenitabilis ille oculus deprehendat, quod ab humanis aspectibus velit esse celatum.*

Quartò. Adeò verecundus sis, vt quantum fieri potest, ad satisfaciendum naturæ necessitatibus, vel vno etiam à longè vidente, non vadas. Sanè Cicero lumine naturæ id vidit. Nam monuit ea quæ natura.

Scio hanc rem adèd placere Deo, vt eam manifesto miraculo comprobarit, eoquæ non vulgari. Sed quia viuitor is, cuius hanc verecundiam Deus commendauit, silentio premendum est. Hac verecundiâ plenus S. Iacobus, vt obferuauit Theodoretus, tanquam testis oculatus; cum ex flauâ bili egrotaret, quæ deorsum ferebatur, & mordebat, & comprimebat intestina, & naturam vim inferret, vt iret ad excernendum; pudor autem eius, quæ aderat multitudinis, cogebat eum manere in eodem statu, & habitu vsque ad vesperam. Quo tempore ille Vir diuinus, cum ne ij quidem abscessissent, vitus est à naturâ, sed persistit tolerans, donec accedens nox profunda cœgit omnes domum recedere. Neque enim aliis hominibus, inquit idem Theodoretus, qui sunt ingenuè vncunque educati, externis presentibus, est faciliè excrementa egerere, nedum viro in summâ Philosophiâ exercitato.

Quintò. In secretissimis etiam locis, sit tibi, vt etiam

136.

137.

138.

139.

1.1. Offic. num. 127.

relig. hist. cap. 24.

140.

epist. 11. etiam Seneca monebat, sui ipsius reuerentia. Quia iuxta Catonis Censorij dictum: Vnusquisque se maxime reuereri debet, nunquam enim est sine seipso: quæ ita reuera solet afficere corda hominum Angelicorum, ut se ipsos sensibiliber erubescant, dum coguntur naturæ necessitati satisfacere.

1. r. Offic. cap. 18. Est enim verecundia pudicitia comes, inquit S. Ambrosius: Cuius societate castitas ipsa tutior est. Bonus enim regende castitatis pudor, est comes: qui se pretendat ad ea, que prima pericula sunt, pudicitiam temerari non sinat. Hoc monuit Apostolus, quemadmodum interpretatur S. Bernardus. Omnia vera inquit Apostolus, honeste fiant, in vobis. Græcia Deo res est honestas, & SS. Angelorum amica, propter quam etiam iubet Apostolus velari mulieres propter Angelos, qui cum procul dubio tam die, quam noctu nobiscum sint in cellis nostris, nos custodientes, & nostris studiis congaudentes, & cooperantes, placet eis, ut etiam nullo homine vidente, omnia nostra honeste fiant. Nunquam, inquit Abbas Chæremon, se ralem secretis afficiat, qualis videri ab hominibus erubescit. Nota est celebris illa historia de S. Ammonio, siue Ammonio Anachoretâ, relata à S. Athanasio: Cum enim illi necesse fuisset aliquando fluuium, nomine Lycum, subitis aquis inundatum transuadare, rogauit Theodorum, qui cum ipso erat, ut paululum à suo separaretur aspectu, ne nuditatem corporis vterque conspicerent. Rececit Theodorus: nihilominus, ille se ipsum cum nudare vellet, erubuit. Cogitantem autem, in alteram ripam, virtus diuina transposuit. Ita Deus & casto pudori, & pudicitia consulit, & quàm sibi grata, acceptaq; esset, insigni miraculo ostendit.

141. Sexto. A fœdarum rerum odoratu curioso, omnino abstineas.

142. Septimo. Quin etiam ab aspectu tuarum, aliarumque manuum, an elegantulæ sint, an munde, coloremq; viuidum & proportionem præferant, auerte oculos. Solet enim in rerum, non malarum etiam, aspectu, sensualis quidam affectus se se ingerere, et si non omnino fœdas. In Vitis PP. scribitur, quandam Montialem ob suarum manuum aspectum, pœnam in Purgatorio luisse.

143. Octauo. Purum, & Angelicum cor, abhorre-re debet ab effeminato, & non naturali sermone, vocis inflexione, ac sono affectato. Quâ in re ipsæ aures iudices esse possunt, factâ aliquâ animi reflexione ad locutionem, quam Poloni vocant Picsozona. Sanè S. Bernardus etiam in Spirituali & Ecclesiastico cantu id commendat: Non fractus, inquit, & remissis vocibus, muliebri quippiam, balbâ de nare sonantes, sed virili, ut dignum est, sonitu, & affectu, voces S. Spiritus depromatis. Et S. Ambrosius: Vox, inquit, sit, non remissa, non fracta, nihil famineum sonans, (qualem multi grauitatis specie simulare confluxerunt) sed formam quandam, ac regulam, ac succum virilem reseruans, & ut molliculum vocis sonum aut gestum corporis non probet, ita neque agrestem ac rusticum. Quanto magis id cauendum est in colloquiis cum hominibus,

præsertim teneræ ætatis, & complexionis: Huc spectant blanda verba, epithera, siue linguâ, siue epistolis expressa, quæ vlrpari solent ab impuris amafis, ideoque non sunt vsurpanda, sed seruandum illud S. Hieronymi monitum: Blandas, ac dulces literulas sanctus amor non habet: Mel meum, lumen meum, desiderium meum, Christus est. Omnes delicias, & lepores, & risu dignas vrbauitates, & ceteras ineptias amatorum, in comedijs erubescimus, in saculi hominibus detestamur, quânto magis in Monachis, in Clericis, quorum & Sacerdotium propostum, & propostum ornatur Sacerdotio. Merito ergo S. Teresia scriptum reliquit: Omnia animarum blandimenta, ac teneritudines, in hac domo locum habere non par est: qualia sunt, Vita mea, anima mea, salus mea, aliq; id genus adulatoria verba.

Nono. In ipso incessu, cauenda est effeminata progressio, & mollis, & totius corporis agitatio non virilis, nec grauis. S. Basilus iubet in vestitu nimio plus exquisitum ornatum, orifque ad venustatem compositionem. Et alio in loco, incessus, inquit, esto, nec segenis, ne animum dissolutum declaret, nec rursus vehemens, insolenterq; incitatus, ne consernatos impetus animi significet. In Beatissimâ Virgine laudat S. Ambrosius, quod nihil esset in eius verbis proax, nihil in actu inuerecundum, non gestus fractior, non incessus solutior, non vox petulantior. Et S. Damascenus eandem laudans Virginem scribit: Gressus eius grauis & modestus, atque ab omni mollitie remotus. Et S. Chryostomus h. 30. in sæculares alloquens: Infractiorem illum, inquit, & delicatiorem modulatumque gressum relinque. Et S. Ambrosius tales albi perstringit: Sunt etiam, inquit, qui sensum ambulando imitantur histrionicos gestus, & quasi sercula pomparum, & statuarum motus nuntiantium, ut quotiescumque gradum transerunt, modulus quosdam sensare videantur, Sæpe moueri, habitumq; & figuram mutare, signum est leuitatis, inquit Clemens Alexandrinus.

Decimo. Ipse oculorum intuitus nimium blâdus, & tener, præsertim erga elegantulos, & floridam ætatem, solet proficisci ex animo non vlrquequaque casto, sed reliquias adhuc impunitatis retinente. In fortis autem viri vultu, inquit Clemens Alexandrinus, nullum esse oportere signum mollitiei, sed neque in vllâ parte corporis.

Vndecimo. Per risum quoque iunctum sono delicatulo, & cachinnorum temeritudine quadam, ac vocis inflexione muliebri, prodit se non defæcatus animus, sed effeminatus, & plus æquo tener.

Duodecimo. Ipse manuum motus, ac digitorum compositio, & gestus comptulus, & artificiosus, præsertim quandoque molle, & effeminatum cor, & non planè purgatum, & purum, Impudicum, inquit Seneca, & incessus ostendit & manus mota, & vnum interdum responsum, & relatus ad caput digitus, & flexus oculorum.

Decimotertio. Dum te ad dormiendum com-ponis, nulla pars corporis nuda appareat, quæ inter-

Cass. coll. 12. cap. 8.

In vita S. Antonij.

141.

142.

143.

Ser. 42. in Cant.

In Anti-log lib. 2. cap. 19.

144.

ep. ad Nepot.

145.

epist. 1. ad Theol.

lib. 1. de Virg.

Or. 2. de Natiuit.

h. 30. in ep. Rom.

1. r. Offic. cap. 18.

146.

147.

148.

149.

interdium vestitur. Nota est historia in Chronicis Prædicatorum quomodo Romæ Beatissima Virgo comitantibus S. Cæciliâ, & S. Catharinâ, quandam Religiosum in somno denudatum iacentem, aspergere noluit. cum alios aspergens, in signum favoris cælestis, transierit. Quamvis enim, vt ait S. Bonaventura, Dormientibus non imputandum esse videatur. quod dormientes faciunt, vel patiuntur, indecens tamen est Religioso, obrutum esse somno sicut pecus. & iacere membris dissolutis. Ideo Deus S. Pachomium docuit, vt lege statueret, lineis indutos, suos Fratres somnum capere. Quod sanctè seruatum esse à veteribus Monachis scribunt Historici, & SS. Patres. Quâ de re multis agit Nigrinius. Ideo meritò S. Bernardus valdè improbat, *Mouachum nudum, & sanum molli volutari in lectulo.* Sanè cum B. Clara de Monte Falco dormiens inuenta esset vnum pedem nudum habens, à B. Ioannâ sorore, adhuc secularis reprehensa est: tantique hanc B. Clara, etsi inuoluntariam in somno extremi pedis denudationem fecit, vt multam eam solam ob rem lachrymis fufis eam deplorauerit, vt scribit Baptista Pergilius in eius vitâ.

150. *Decimoquartò.* Indusium ita corporis tui mēbris applies, vt si vel casu, vel studio operimentum, quo te tegis, auferretur, nihil appareat, quod visum nollet pudicus oculus, aut animus. Quod totâ nocte, etsi modo in vnum modò in alterum latus te vertere cogaris, sacrosanctè seruetur. Et, vt monuit Abbas Chæremō apud Cassianum, *Talis quisque inueniatur in nocte, qualis in die, talis in lecto, qualis in oratione.* Seruabat hoc magnus ille Martyr in Angliâ & Superiori Norstorum, P. Henricus Garnettus, qui, dum pro Christi fide suspendendus è patibulo esset productus, vestibusque omnibus, vt mos est, spoliatus, ita intra pedes longiusculum colligauerat indusium, vt in corporis pendens membris, & à curioso & impudico oculo cerni posset nihil, quod in viuente nefas esset cernere.

151. *Decimoquintò.* Ita te exuas & induas quomodo id faceres præsentē hospite magnæ auctoritatis. In secretis tuis, inquit Eucherius scribens ad Valerianum, *Quod velis homines nescire, ne feceris; quod Deum, ne cogitaueris.*

152. *Decimosexto.* Situs iacentis in lecto talis sit, quem etiam in præsentia grauium virorum, si iacendum necessariò esset, non erubesceres. Ideo non diuaticandi pedes, non attollendi, vel insectandi instar trianguli, quod alicubi vetat S. Bernardus, vt supra dixi, non cubandum pro no capite, & quantum fieri potest ne supino quidem, sed dextro vel sinistro lateri incumbendum, & tegendæ omnes partes corporis iacentis. Ideo P. Balthasar Alvarez dicebat, valdè attendendum esse circa modum iacendi in lecto, vt semper compositio religiosa sit & honesta. Nam si religiosi non habent omnino extinctum patiendi desiderium, quid leuius eis euenire potest, quam non se discoperire

in estate. cum sani sunt, & regumenta moderata habeant: & quomodo hanc decentiam seruabunt, cum febre aliqua grauius incalescunt, & nemo eos videt, nisi ad eam seruandam sensim assuescant.

Notum est exemplum in vitâ S. Dominici, Apud Surinam qui cum Romæ apud S. Sabinam quiescentibus fratribus oraret ipse Beatissimam Virginem comitantibus S. Cæciliâ & S. Catharinâ (quarum altera vas aquæ benedictæ, altera aspergillum porrigebat) vidit singulorum cubacula adeuntem, & aquâ lustrali ac Crucis signo eos consignantem, quos decenter compositos reperiebat. Fratrem vnum prætermisit. Causam cum ignoraret S. Dominicus, quæsuit ex eodem manè, quid illi eâ nocte accidisset. Falsus est bonus Frater aliquid in decentiâ & honestate in se desideratum. Nam euigilans se nudo corpore esse repererat, ceteroquin omni culpâ carentem. Ideo, inquit S. Dominicus, suam benedictionem Beatissima Virgo cum ceteris impertiuisset, te tamen dignata non fuit.

*Decimoseptimò.* Dum sedes, caue, ne crura extra te protendas longius iacenti similibus, quam sedenti: ne ea item diuaries: nec vnum alteri superponas, quod & in Arsenio reprehensum, & magni Sancti improbarunt, Basilii, Vincentii, Bonaventura, Clemens Alexandrinus; & Theophrastus in Characteribus hominis incogitantis & bardi hoc ponit. Et Hugo Victorinus iubet, *sedere sine diuaticatione crurium: sine alterutra superiectione pedum; sine extensione vel agitatione tibiarum, sine alternâ accubatione laterum.* Quæ verba transtulit in suum speculum S. Bonaventura, & addit: *Honestum & humilem Fratrem, femori suram imponere, vel pedes palam cancellare, non decet.* Et Umberto; *Cum, inquit, sederint, ne coxas nimis distinctas teneant, vel vnâ tibiam super aliam ponant.*

*Decimooctauò.* Pudeat te etiam partes vlnarum, & brachiorum, manibus adiacentes, detegere coram aliis, etiam dum æger decumbis in lecto, vel dum patinas abluis, aut sudas, vel solis æstu vreris. *Vehementer licet assues, inquit S. Dorotheus, & caleas, noli tamen aliquod membrorum tuorum denudare, vel detegere.*

*Decimononò.* Pudeat te aut in tenebris, aut in locis non peruiis, & ab aliorum aspectibus remotis, non tantum cum aliis in recreatione honestâ, sed etiam solum versari. Ama semper lucem, tanquam filius lucis, & quod monebat Angelicus Doctor Aquinas; *Da operam, vt omnium actionum tuarum honestarum vestes habeas, omnia enim mala, vt ait Seneca, solitudo persuadet.* Et, Angelo docente, Pachomius suis præscripsit: *Nemo in tenebris alteri loquetur.*

*Vigesimò.* Nihil odoriferum circumferas ad effundendum, vel sentiendum ex te odorem, Lenonum & impudicorum sunt istæ illecebæ, quemadmodum supra ex Sanctorum sententiâ retuli. Quin & Zeno Cynicus, obuius adolef-

153. Bas. de abdica. rer. Vin. de vita spir. ca. 7. Cl. 1. 2. pag. 7. Hug. Inst. Nouit. cap. 12.

1 part. spec. p. 3. cap. 52. l de Inst. Offic. c. 5.

154.

Serm. 20.

155.

epist. 14.

156.

centi vnguentis delibuto, dixit mirabundus, & ironice: *Quis mulierem olet?* Et Seneca, *Inde, inquit, in omnem vitam vnguento abstinemus, quoniam optimus odor in corpore est, nullus.* Hoc tanti fecit Deus, vt inter peccata detestanda S. Catharina indicarit, esse odoratum. *Etiā odoratus.* inquit, *in suo gradu satis offendit, cum affectu inordinato sumendo complacentiam in odoratu suo.*

Dialog. cap. 144.

157.

*Vigesimalmō.* Si maioris deuotionis affectu erga Dominum Iesum, infantulum, quā adolentum; si maiori erga SS. Virgines, quā alios Sanctos fereris, diligenter inquire radicem huius maioris propensionis. Sæpissimè enim solet fædere naturalis & sensuālis affectus, & Angelus Sathanae, veste pietatis reclusus, transfiguratur se non raro in Angelum lucis, etiam in deuotionibus: *Dilplicit in pulchro corpore,* inquit S. Bernardus, *non solum morbus, sed etiam nauus.*

de tri. pl. cult. 158.

*Vigesimalmō.* Examipanda est diligenter maior illa deuotio, quæ erga SS. Angelos, aliofque Sanctos, vel Sanctas percipitur ex aspectu earum imaginum, eleganter, ac pulchrè pictarum, quæ non sentitur dum eorundem non ita venustæ, ac pulchræ cernuntur picturæ. Verè enim hac in re deprehendi possunt aliqui nauus, & fæces, quas ab illâ animâ, quæ debet esse Diuinæ sanctitatis thronus, lógissimè abesse oportet, ne purissimi illi oculi diuini quicquam deprehendant, non vsquequaque sanctum. *Illud velim non ignores,* inquit S. Gregorius Nazianzenus Virginem instruens, *nam tibi turpiorem esse, quā maxima vulnera tuis, qui in mundo viuunt: nec enim tam notabilem, ac conspicuam in sordidâ, quā in puris vnius coloris vestibus, labes aliqua fæditatem habet.*

Oride fu. co.

159.

*Vigesimalmō.* Conuersatio cum personis sanctis, quarum te consuetudine proficere sentis, purissima debet esse, ne quid humanum, etsi non omnino fædum, sese immisceat. Quod mirum videri non debet, quandoquidem, vt ait S. Bernardus, *Ipsi Apostoli Spiritu sancto repleti nequaerant, quia carni Dominica, etsi sanctæ, inherebant: non quidem impudè (ablit hanc impietatem de Apostolis cogitare) sed humano quodam, nimio & sensuali affectu.* Id autem multò magis seruandum est in conuersatione cum feminis spiritualibus: cum iis enim P. Balthasar Alvarez dicebat maiorem esse cautelam adhibendam, eò quòd spiritualis amor solet transgredi limites suos & fieri carnalis: & optimum vinum conuerti in fortissimum acetum: quod tamen non statim aduertitur, donec mutue voluntates ita conglutinata & coniuncta sint, vt quamuis illibenter, & cum aliquo doloris sensu, potius à Deo, quā à se inuicem discedant & separentur, ne se contristant. & tunc demon accedit, & ignem accendit, illos excæcat & illaqueat.

S. & 6. de Asc. & h. 10. in Cant.

vic. c. 5. pag. 55.

160.

*Vigesimalmō.* Omni custodia os tuum custodi, ne de rebus, etiam naturalibus, fædis loquatur, etiam indirectè; ne vnquam tale aliquid, etiam inuoluntariè proferat, quod specie

rei, vel actionis fædæ repræsentet. Ne facias cloacam os tuum, quod toties in Eucharistia ingreditur Sanctus Sanctorum. Obferuauit Antonius Ludouicus in lingua Hebræa (quæ etiam hanc ob causam merito sancta appellatur, vt ait Serrarius, citans More nebuchim) nulla esse propria nomina (vt sunt in aliis linguis) quibus significantur membra & actiones, quas pudor vult esse occultas. Notat præterea Scripturam Genesios 7. in textu Hebræo 8. literas adiecisse integras, ne minùs mundam vocem vsurparer. Ne enim diceret, *Ex animantibus immundis capies tibi septem,* circumlocutione vsa est dicens: *Ex animantibus, que non sunt pura.* Tanta est, vt ait Tertullianus, Hebræici sermonis, & Scripturæ verecundia. Et Cicero vetuit, vt eas nostri corporis partes à naturâ occultatas, quarum vsus sunt necessarij, & earum vsus suis nominibus appellare. Cynicis & Diogeni relinquuntur spurciloquia, quos eam ob causam damnat Cicero, & alij meliores Ethnici; vt Aristoteles, & M. Tullius alibi; immò ex honestâ Sectâ Stoicorum, aliqui, vt Epictetus, & ibi Simplicius. Cum S. Carolo (vt scribit Giussanus) quidam eius familiaris ex zelo loquens, quoddam peccatum fædum proprio nomine sine circumlocutione nominasset, emendatione dignum, ad eò offensus est Carolus, vt eum, etsi alioqui virum pium, domi suæ propter hanc solam causam diutius manere noluerit, quòd ita liberè peccatum illud absque circumlocutione nominasset. Verbis etiam illis (etsi metaphoricè vsurpari soleant) pubes pro adolescentibus: pubescens virtus, libido pro cupiditate, adulteratio pro mutatione rei, & similibus, nunquam vtere, vt etiam materiale verbum sit mundum, & ne à longè quidem menti offeratur cogitatio de aliquâ re turpi, quamuis nec peccatum esset, nec incitamentum peccati. Non desunt linguæ Latinæ honestiores metaphoræ, præsertim à Religiosorum ore vsurpandæ. Hinc Cicero, *quarum partium vsus sunt necessarij, eas neque partes, neque earum vsus, suis nominibus appellant;* quodque *facere occultè non turpe est, id dicere obscenum est.* Verecundia, inquit S. Ambrosius, *non solum in factis, sed etiam in ipsis spectatur sermonibus, ne quid indecorum sermo resonet tuus. Cauendum ne quid turpe ore exeat.* Hoc enim grauiter conquinat hominem. Hoc castitatis affectu plena B. Maria Magdalena de Pazzis, vt obseruauerunt Sacra Rotæ Romanæ parte iudicatos in relatione facta pro eius Canonizatione, & Urbano 8. præsentatâ, *iudicabat omne colloquium, quod hominum conubia referret indecens esse.* hoc est sermones de aliquibus, qui tunc dicebantur contracturi matrimonio, cum his, vel illis, cum hac, vel illâ dote; hoc vel illo tempore. Minuta quidem sunt hæc, sed vt anima & corpus tuum infinitæ diuitiæ puritatis sit templum, eâ dignum, etiam talia debent ab eo abesse. Nam, vt benè ait Saluianus Naffiliensis, *proind.*

l. de pud. sub fin. l. 3. trib. ref. ca. 4. num. 44.

l. de ieiun. cap. 6. l. 1. Offic. num. 117.

l. 9. ep. 21. l. 8. c. 22.

l. 1. Offic. cap. 18.

161. S. de 3.

l. 1. tit. 1.

l. 1. de sib. 3. de per-

perfecta ac sincerissima sanctitatis volens cultores suos facere Saluator, iussit ab iis cautissime etiam minima vitari: sicut, ut quam pura est pupilla oculi, tam pura esse hominis Christiani vita: & sicut salua intuius columitate palueris labem in se oculus non reciperet, sic vita nostra labem in se penitus impudicitia non haberet.

163. *Vigesimoquinto.* Huc spectat exterior munditia, tum in aliis rebus, tum in vestibus internis & externis, & membris corporis tui, vt in omnibus exhibeas te talem, qualem & Christus Dominus in sanctissimam humanitate sua præ se tulit. Ideoque vt non semel Beatissima Virgo Maria reuelauit S. Brigittæ, Nullus vermis ex iis, qui ex sudore in nobis nascuntur, antiquam in eius mundissimo corpore fuit. De Monachis S. Apollonij Abbatis, ad eum speciali Dei monitu missis, scribit Rufinus: Nullus ex eis sordidus vestitur indumentis, sed splendor vestium pariter, atque animorum nitent. Ita vt etiam secundum Scripturam latereur Eremitis sicuti & multi filij eius videntur in deserto. Hunc ergo (suprà dixerat) tanquam verè celestem quandam, & Angelicum cernebamur exercitum, in omnibus virtutibus adornatum. Naturæ lux id præscribit. Hinc Seneca monet: Ne splendet toga, & ne sordetas quidem, contra naturam est facile adesse munditias & squalorem appetere. Et Iſocrates docet, Munditiam arguere grauitatem morum. Sic etiam S. P. Ignatius à suis exigebat Angelicam, non tantum mentis, sed etiam corporis puritatem, in vtriusque munditiâ. Idèd eam præferamus munditiam, quam præferet Angelus, si carne nostrâ, & vestimentis indutus appareret, propter amorem ac reuerentiam Diuinæ Maiestatis vbique præsentis, omniaque secretissima cernentis, & perfectius percipientis singula, quam homines, vel alia animalia, vigore magno sensum excellentia, percipiunt sensibus. Verum tamen mundities rerum nostratum exterior, vt monet M. Tullius, Non sit odiosa, neque exquisita nimis, nec muliebris, sed virilis, tantum que fugiat agrestem & inhumanam negligentiam. Vnde Demostheni, & Hortensio, clarissimi Otatoribus nimia munditia probro data, vt scribit Stegelius, & à S. Paula etiam in feminis Deo dicatis improbatur, tanquam animorum immunditia, teste S. Hieronymo, qui non semel, Nec affectatas sordes, nec exquisitas munditias, ait, conuenire Christiano, quanto minus Religioso, qui ceteros perfectione superare debet, & rerum mundanarum despicientiâ: Ceterum aliud extremum vitandum est, ne, dum nimium declinamus munditiam, in immunditiam vergamus. Hanc enim ob causam Deus etiam castra sua mundissima esse voluit ab iisdem sordibus, quibus mortalitas humana carere non potest. Idque in suis, vt ita dicam, Regulis à Spiritu sancto Moyſi dictatis scriptum extare voluit: Sine castris tua sancta; & nihil in eis appareat sordidum, ne detrahas te: Dominus enim Deus tuus

(suprà dixerat) ambulat in medio castrorum. Idèd maculâ legali infecti à castris iubebantur recedere, qui è cede Madianitarum redibant, donec à sanguine, quem iuste effuderant Deo volente, expiarentur, ponebantur extra castra per 7. dies. Ex gentibus conuersi diu à castris arcebantur, donec contractas è superstitione sordes eluerent. Quod fiebat ob Arce sanctitatem, inquit Mafius, quia antequam Arca fieret, Gen. In. c. 6. tiles cum Hebræis in castris promiscuè versabantur. De S. Bernardo in eius vitâ scribitur: In l. 3. cap. 6. vestibus ei paupertas semper placuit, sordes nunquam: nimirum animi fore indices aiebat, aut negligentis, aut feris gloriam affectantis humanam. Et hoc munditiei Angelicæ amore S. P. N. Ignatius in antiquis Regulis, quibus Romana Professa Domus ab anno 1549. dirigebatur, etiam hanc posuerat: Vt quotidie mane quilibet suum vereretur cubiculum, exceptis Professoribus, & aliquibus aliis, Domus negotiis occupatis. Aliâ quoque Regulâ ab eodem S. Patre præscriptum erat, vt ter in hebdomadâ alia domus loca, omnibus perusa vererentur minimum his diebus: Feria 2. 4. & 6. idq. non alio tempore, quam summo mane, vel post solis occasum.

163. *Vigesimosexto.* Perfectio honestatis, & puritatis Angelicæ, quam Serui Dei æmulari debent, exigit, ne & corpus tuum, & vestimenta, & cubiculum ingratum odorem diffundat. Hinc S. Angelus diuinitus licet tetrum odorem è celesti cuiusdam corpore exeuntem cum sensisset, quamuis non in proprio, sed ad breuem morulam alieno corpore assumpto, strophio obturauit nares, ne illum fetorem perciperet. Fateor Sanctos nonnullos solitaria vite magis, quam actiue deditos, datâ operâ res fetidas retinuisse in cellis, vt thymiamata & moschata, quibus in seculari conuersatione sine intermissione fruebantur, castigarent; vt faciebat Abbas Arsenius, & alij alias ob causas: ij tamen, quos Deus ad lucra querenda animarum eduxit è seculari statu, talia debent arcere, ne homines, si secus fecerint, à se arceant, & necessariam iis subtrahant spirituales medicinam, quam etiam repudiato medico homines delicati repudiant. Hinc etiam Ethnici abhorrebant à fetore. Epictetus apud Arianum monuit: Ne molestus sis conuictoribus, si te ipsum dignum censeas, qui seteeas, esto sis dignus. Num etiam alij, qui tibi asident, qui tecum accumbunt, aut in solitudinem abi, quâ dignus fueris, aut etiam solus viue, tuos, fetore oblectare. Aequum enim est, te immunditiâ tuâ solum frui. Cum autem in vrbe sis, aded inciuiliter vitam agere, cuius tibi esse videtur: quod si equum natura tibi credidisset, num prorsus eum neglexisses: ergo nunc etiam pura tibi corpus tanquam equum esse traditum: laua id, absterge, facito ne quis id auerſetur, ne quis abhorreat. Leuis non abhorret ab homine fetente sordido.

164. *Vigesimosextimo.* Huc spectat monitum S. Basilij: Turca cinctâ appressa sit corpori & astrictâ: cinctus neque muliebrem in modum illa

exuperet, neque praelatus fluxam tunicam efficiat.

*Viginti octavo.* Castitatis amantes non tantum horrent manifestos impudicitiae actus, sed ea quoque quae illos irritant: inter quae quidem, quamuis prima specie nihil tale praese ferre videtur, est nimis aqua frigidae potus, multo magis cereuisiae, si crassa sit, & amara. Hinc S. Antonius dans praecipua S. Paulo Simplici dixit: *Non minus per aquae abundantiam phantasias anime feri, quam per vinum calorem corporis increfcere.* Idem sentit Abbas Chæremion apud Cassianum. Et S. Ephraem, ac S. Nilus, & S. Bernardus. Quod etsi videatur incredibile, tamen verissimum est. Quamuis enim aqua frigidae sit natura, tamen dum nimium profuse bibitur, digeri non potest tam cito, ideoque ut scribit Galenus, *fluctuationes excitat & in statum mutatur.* Omnia autem flatuola irritare libidinem compertum est, & ex experientia, & ex Medicorum doctrina. Quocirca si Olympici Athletæ, ut scribit Arrianus, quod essent expeditores ad cursum, etiam a potu abstinebant aquae frigidae, quanto magis currentibus in stadiis Christi, a nimio aquae, & cereuisiae, ac vini potu abstinendum est, ad coronam castitatis assequendam currentibus?

#### CAPVT OCTAVVM.

##### De Obedientiae studio.

1. s. cap. 4. **P**Ræter illa, quæ in Regulis & Epistolâ tradit  
vitz. S. P. N. Ignatius, & ex eius sensu Petrus Ribadeneira, hæc addes.

166. *Primo*, imitare piam humilitatem B. Borgiæ, qui defunctos Superiorum muneribus affectu reuerentiæ peculiari prosequi solebat, ob reuerentiam Christi Iesu, cuius loco præerant Seruis Dei.

167. *Secundo*. Si, dum alicubi sedes, Superior transeat, vel propius accedat ad te, non solâ capitis apertione contentus sis, sed assurge, nec vnquam stantem sedens, dum sanus es, alloquere, Dei enim personam gerit. Inter alia, quæ S. Ambrosius prædicat in Beatissimâ Virgine, est vnum hoc: *Quodd assurgeret maioribus natu.* Sanè æquum est, Christi humilitatis imitatores, non minus reuereri authoritatem Vicariorum Dei, quam fecerint Ethnici Iuvenes, respectu Seniorum; de quibus reliquit scriptum Iuuenalis, Romanorum consuetudinem referens:

Satyra. 13. *Credebant hoc grande nefas, & morte piandum  
Si iuuenti vetulo non assurrexerat: & si  
Barbato, cuiusque puer.*

Sic S. Benedictus præscripsit, ut remeantibus, vel discedentibus hospitibus inclinato capite, vel prostrato corpore, veneratio exhiberetur, & Christus in eis honoraretur, quanto magis Superiori aduentanti assurgendo exhibenda est pia reuerentia?

158. *Terid.* Etiam dum Superioris trans cubiculum, si nullus adit qui videre possit, caput aperiri, si adit, interno pietatis ac reuerentiæ signo, seu sensu, illud honora & locum eius. Solebat S. Carolus Boromæus, teste Giuffano, adeo venerari nostrum Patrem Franciscum Adornum Confessarium, ac Patrem Spirituale suum, ut quoties et lumen ipse ante lucem adferret (in quodam fecessu propter directionem in Exercitiis spiritualibus, secum manenti) dormienti adhuc, intrans cubiculum eius, caput profundè inclinaret reuerentiæ ergo (eo modo, quo Cardinales inuicem sibi occurrentes reuerentiam sibi exhibent) & accenso lumine iterum exiens, idipsum iteraret, quamuis P. Adornus nondum esset expergefactus, neque id cerneret.

169. *Quarto.* Nisi grauis aliqua & pia causa aliud facere suadeat, semper coram Superiore, vt rationem conscientie, ita confessionem consuetam generalem facias, tum vt imiteris antiquorum in Societate Patrum morem, qui vsque ad P. Euerardi Mercuriani Generalis tempora durauit (solebant enim P. Prouinciales in Visitatione confiteri omnes, idque vt perpetuo seruaretur optabat B. Borgia) tum vt penitus te noscat Superior, ac melius in viâ Domini dirigat. Duplicem enim ex diuino lumine directionem tibi adferet, & eam, quam Confessarius adferret, & alteram tanquam Superior tuus, cui, vt Superiori tuo, & Vicario suo assistit procul dubio magis summa illa & mirabilis Diuina providentia, etiam non habito respectu ad probitatem Superioris, sed ad solum eius officium, quod Dei nomine obit, tanquam interpres Diuine voluntatis.

170. *Quinto.* Non tantum, quæ circa te contingent, sed etiam quæ circa alios, è Superiorum voluntate, tanquam bona, & benè ordinata, accipe, etiam si vel tibi, vel aliis videantur minus benè & vtiliter facta: tum quia etiam hac in re deest simplicem obedientiam Superioris iudicio acquiescere, tum quia sepe ignoramus causas grauissimas, ob quas Superiores etiam inuiti coguntur, & merito, quædam facere, vel permittere ad declinanda grauiora mala. Sanè nullius Superioris in gubernando error erit tam grauis, atque fuit lapsus & scelus Iudæ proditoris. Sicut ergo non imputandum est imprudentiæ, & malitiæ Diuinæ Sapientie, quæ illum præfecit tali muneri, præsertim, cum sciret certò subsecutura eius peccata furti, & proditiõis; ita nunquam Superiorum prudentiam, vel virtutè inculca, si quid contingat ab eis ordinari, vel permitti, ex quo vel damnum, vel malù aliud secutum est. Quod tamen diligentibus Deû cooperabitur in bonum, alioquin posset quis impiè & Deum inculcare: qui creauit eos, quos præiudic dammandos, & tot creaturas condidit, quas sciuit occasionem daturas infinitorù scelerum, & damnationis æternæ multorum. In omnibus

bus denique conuerte mentis oculos, ad Diuinae providentiae secreta, quae nihil mali permittit, nisi propter magnum bonum, etsi nobis ignotum, quod tanto facilius debet quisque subditus credere, cum certus esse non possit, res melius cessuras, si ita, ut ei videtur, res à Superiore, & non eo modo, quo Superior voluit, disponerentur. In dubiis autem satius, securius, & prudentius est, aliorum stare iudicio, praesertim eorum quibus magis solet assistere caelestis sapientia & providentia; facta & dicta dirigens, ad fines sibi notos, & absconditos ab oculis nostris.

171. *Sexto.* Tunc maxime obedi, cum à Superioribus ad loca vilia, & officia, mundi iudicio abiecta, destinaris. Hoc comendavit nobis S. P. N. Ignatius: *Magnopere conferet deuote obire ea munera, in quibus magis exercetur humilitas & charitas.* Ad hoc propolitus P. Balthasar Aluarez perpendebat valde verba Angeli Raphaelis ad Tobiam, cum obstupesceret, quod Angelus talia erga ipsos officia & obsequia praestitisset: *Cum essem vobiscum, per voluntatem Dei eram. Et iuxta hanc sententiam dicebat, in Domo Dei nullum esse officium vile. Et de se ipsum libello in quo notabat interna sua sensa, sic ait: In hoc ego meam felicitatem pono, quod Deus velit operam meam uti in vilissimis Religionis meae officiis. Nam quomodo hoc ego sum promeritus, ut ipse velit obsequio meo uti, & me in rebus obsequii sui occupare, etiam in conficiendis lateribus? Tanti ergo hoc facio, ut nullum sit adeo abiectum officium, cui si ille me velit addicere, non prius ego quocumque meo solatio, ut illud praestem. Qui alicuius obsequium vult, etiam vult se ipsi obligare. Quae igitur tanta celsitudo animabus nostris offerri potest, quae ita nos impleat, ac satiet, atque quod audiamus Deum velle, & requirere nostrum obsequium, ut se ipsum nobis obstringat, ac obliget? Et in alio loco dicit: Quam excellentiam habet conicionandi munus, si Deus id non vult, aut quam vilitatem habet ollas, aut scutellas lauare, si idem Deus à nobis vult? quam praestantiam habet, quod quis in aliquo angulo se continet, si Deo id non placet, aut quae vilitas est, inde exire, si hoc ipsum illi placet?*

172. *Ottavo.* Valde indecorum est, petere à Superiore, domo exeundi licentiam, per socium minoris conditionis, à se, in scio Superiore electum, vel idem per se petere pallio indutum. Hoc enim non nisi post acceptam licentiam induendum est. Et cum hoc quidam fecisset coram S. P. Ignatio, iussit eum abire, & pallium deponere, & demum redire ad petendam sine pallio licentiam.

CAPVT OCTAVVM.

De Oratione.

173. *P*RAETER ea, quae dici solent de praeparatione diligenti materiae Meditationum, & di-

ligentiâ in Meditationibus accuratè expediendis, ac dirigendis ad vitæ sanctimoniam practicam comparandam (quae sita est in cordis munditiâ à defectibus, etiam leuibus, plenâ deliberatione commissis, & in passionibus omnibus perfectè instrinendis; & ad normam diuinæ voluntatis exactè conformandis, & in omnibus rebus aduersis, patienter, libenter, & cum exultatione tolerandis) hæc obseruanda erunt in particulari.

*Primo.* Da operam, ne veniali etiam peccato Deum offendas in deuotionis Exercitiis: scilicet Meditatione, Missâ, Examine conscientiae, Coronæ recitatione, Officio Diuino. Quod fiet, si nunquam dederis causam distractionibus, negligentia custodiâ oculorum, & animi, & malâ praeparatione ad meditandum; deinde si ingruentes distractiones sine tali causâ à te datâ, statim ubi aduertisti, repuleris, & quidem viuaciter, nec in ipso deuotionis exercitio, huiusmodi eas accersueris, vel foueris: Denique si reuenter te gesseris cum Diuinâ Maiestate, & interiorius & exteriorius. Sed meo iudicio non reuenter te geres, si vel Sacrum dicens, vel Sacerdoti respondens sacrificanti, vel alias preces Ecclesiasticas recitans, eâ celeritate id facias, quâ non faceres homines alicuius auctoritatis alloquendo. Res hæc difficilis non est, cum Diuino auxilio, modò seriò te applices; æquum est enim, ut saltem eæ actiones, quibus Deum quasi immediatè attingimus, & ad nos vocamus, mundæ sint; ab omni, leuissimo etiam, peccato.

*Secundo.* Ut Orationis tua, & omne cum Deo colloquium tale sit, quale esse debet, ita te geras: 1. Age cum Deo tanquam reus supplicij cum Iudice. 2. Tanquam mendicus cum diuite. 3. Tanquam seruus cum Domino. 4. Tanquam discipulus cum Magistro. 5. Tanquam filius cum patre. 6. Tanquam amicus cum amico. 7. Tanquam Clientis cum Benefactore. S. Augustinus valde, inquit, remota est à sensibus carnis hæc schola, in qua Pater auditur, & docet, ut veniatur ad filium, ibi est & ipse Filius, quia ipse est Verbum eius, per quod sic docet, nec audit eum carnis aure, sed cordis. Simul est & ibi Spiritus Patris & Filij, neque enim ipse non docet, aut separatim docet. Inseparabilia quippe dicimus esse opera Trinitatis. Ita enim fiet, ut nihil ad eò graue sit, quod Dei causâ pati, & facere detrectes: sicut non detrectaret latro sententiam mortis promeritus, vlla onera Religionis, si spes euadendi esset è manibus Iudicis. Ita fiet, ut ardentissimè petas à Deo, quibus eges, more mendicorum: quorum exemplo S. Augustinus, ad hoc ipsum se excitabat. Ita fiet, ut summâ cum reuerentiâ, instar serui, cum Deo agas, magnâ internâ

174.

175.

176.

l. de prædest. sac. cap. 8.

demissione animi, & externâ compositione membrorum, & sensuum, more Aulicorum, ante faciem Regis stantium. Ita fiet, vt semper more boni discipuli noua lumina à Deo addiscas, tum ad refecandos à te defectus omnes, tum ad acquirendas virtutes. Ita fiet, vt ardentissimo affectu instar filij ardeas, & feraris in promouendam eius gloriam in te, & in aliis, quæ in eo sita est, vt cognoscatur, & timeatur, ab omnibus colatur, & ametur perfectissimè. Ita fiet vt cum magnâ fiduciâ, & simplici confidentiâ, quam parit vita inculcata, & libera à peccatis plenè voluntariis, & magnis defectibus agas cum Deo familiarissimè, certoque speres ab illo, illa, quæ petis, vt sperat amicus, & certò promittit id, quod scit esse apud dilectum amicum. Denique ita fiet, vt summo gratitudinis affectu prosequaris tantum Benefactorem, qui tui causâ tantum fecit, & passus est, & tanta perpetuò largitur: vt hinc exciteris perpetuò ad heroicum & efficax studium omnia possibilis mala eius causâ libenter, imò etiam cum exultatione, tolerandi, & omnia possibilis bona ad perfectionem spectantia ob Dei gustum intimum, cum perpetuo incremento & profectu faciendi. Quod est quasi finis & scopus immediatus nostræ in hac vitâ practicæ perfectionis. Hoc affectu S. Polycarpus, S. Ioannis discipulus, cum ad Christi fidem deferendam sollicitaretur ab Herode Proconsule, ignem minitante, respondit: se id facere non posse, cum tot beneficia à Christo Domino accepisset per 86. annos, quibus ei seruiuit, & ab eo nunquam læsus esset, vt scribit Eusebius. Et S. Ignatius Martyr ad mortem pro Christo alacriter subeundam ita se excitabat, cum ab hoc proposito retraheretur à suis, eum pro Ecclesiæ bono adhuc diutius viuere cupientibus: *Sinite me, amor meus pro me crucifixus est.* quasi diceret: Si Benefactor meus mei causâ vitam dedit, eius causâ ego quoque meam profundam. Nobis autem cum desint martyrij occasiones, heroico animo ferenda sunt omnia, quæ displicent, maxime quæ famæ nocent, & propriæ existimationi, ac voluntati.

1.4. hist.  
cap. 15.

177. *Tertiò.* Quamuis autem à S.P.N. Ignatio nullus certus situs præscribatur in Exercitiis, sed permittatur is, qui iuuat ad consequendum melius meditationis finem; deambulatio tamen ab eo non nominatur, nec talis sessio, in quâ & antè, & retro corpus fulciatur; antè mensâ, retro, pariete, vel scamno, aliisque rebus similibus. Tu caueas huiusmodi deambulationem, quæ rarissimè succedit, & non nisi à viris valdè exercitatis, illique paucissimis (vt à S. Xaferio nostro, solito noctu inter orandum in horto Goano deambulare) usurpatur. Vita etiam sessionem inter meditandum. Sed si corporis debilitas vera; & non ficta à sensualitate, fulerum ali-quod corporis exigat, pro vnus horæ spatio,

idque sub pectore, & costis ferè supra cingulum, nec capitis vtraque manu (humilem tamen & reuerentiâ plenam) sustentationem improbarem, si verè profuturam putes, ad fructum meliorem è meditatione decerpendum.

*Quartò.* Caue ne meditationis tempore pulices veneris & macles, cilicij loco tolera tales molestias, quantum potes. Idem dico de pruritu, fricatione non abigendo. Deus bone! quot occasiones magnorum in cælo præmiorum amittimus, declinantes paruas ad speciem molestias corporis, suppeditantes tamen materiam magnorum præmiorum, & meritum, non minus quam fuerint illa. duo minuta Euangelicæ Viduæ, thesauris anteposita opulentorum! Hanc ob causam B. Simeones laudatus à Theodoro viginti maximos cimices intra tibiale alebat, *tanquam in cauernâ delitescentes, & cum posset pellem manu comprimere, & omnes facile intermere, molestos morsus toleranter passus est, in paruis ad maiora lubenter se exercens.* Noui ego vnum in Societate, qui cum per aliquot menses pulicum morsus constanter sustinisset diebus integris, eos nec excutiens, nec se fricans, nec impediens, ingens quoddam beneficium, quod à multis annis desiderabat, consecutus est repente à Deo, scilicet eligendi in omnibus, & faciendi id, quod perfectius esse agnoscebat, & inter æquè perfecta id, quod esset magis amara amoris proprio, & magis conforme Christi humilitati, contemptui, & cruci: quod ita feruenter exequi cepit, vt etiam vno perpetuo ad id se obligarit, idque per multos annos, etiam in grauissimis occasionebus, inuiolatum seruauit.

reli. hist.  
cap. 66.

*Quintò.* Da operam, vt tua Oratio semper sit ardens, & quodammodò bullienti erga Deum affectu, & res diuinas, inflammata. Hæc enim actuum feruens intentio, & quidam Seraphicus Deum amandi ardor, & gustum præbet Diuinæ Maiestati incredibilem, & magna merita cumulat, & multa impetrat, & pœnas purgatorij aut penitus submouet, aut valdè minuit, & animum flecitat ad declinandas heroico studio omnes, etiam leuissimas, imperfectiones, & frequentandos actus virtutum heroicarum. Et de tali orationis modo intelligi debet S.P.N. Ignatius, cum inter alia media scribit, *Prepositum Generalem seruaturum Societatis Corpus in bono, & aucturum, oratione assiduâ, ac desiderio plenâ* (Hispanicè *descofa*, id est, *desiderosa*) & subdit: *Et ex iis, quæ præstare ipse potest hoc maximi momenti apud eum esse debet, & in quo plurimum in Domino confidat. Est enim imprimis efficax ad gratiam à Diuinâ Maiestate impetrandam, à quâ quod expetitur procedit.*

179.

*Sextò.* Quoniam oratio inter alia bona habet & hoc, vt sit medium ad extirpanda vitia, & acquirendas necessarias virtutes, idèd, si te sentis in aliquâ re delinquere sæpè, vel magnam patî difficultatem in virtute aliquâ exercendâ, eò, quan-

9. part.  
Const.  
c. 6. in de.  
cla. lit. A.

180.

quantum potes, omnes tuas meditationes dirige, & te quasi instrue, & arma, vt expugnes illud vitium & difficultatem, & voluntatem fleat ad studium, & exercitium illius virtutis. Quod duobus modis facere poteris. 1. directe ea cogitando, quibus voluntas excitetur tum ad fugam efficacem illius vitij, tum ad vsum & studium illius virtutis. 2. Vt indirectè, & quasi ex aliquo, dum in te sentis generalia aliqua desideria ardentia, vel placendi Deo, vel satisfaciendi pro peccatis, vel acquirendæ perfectionis, & similia, tunc menti tuæ propone illius vitij fugam, vel illius virtutis exercitium, tanquam id, in quo practicè debeas ostendere desiderium placendi Deo, vel satisfaciendi pro peccatis, vel studium acquirendæ perfectionis. Res hæc magni momenti est, vsque adeo, vt experientia didicerint aliqui Dei Serui, hac viâ se affectuosam tantam mortificationem quarundam molestiarum valdè vehementium, & diuturnarum passionum, quibus antea grauissimè conturbabantur & periculosè, vt postea ne primos quidem motus senserint, etiam si haberent multas & grauissimas perturbationum occasiones, in materiis valdè magnis & difficillimis, à quibus natura corrupta vehementer abhorret, suis viribus relicta; & circa quas ordinariè homines frequentes & graues committunt defectus. Nec tantum talem mortificationem talium passionum & plenum dominium, per Dei gratiam, vsu huius mediij sunt affecti; sed posituum quoque profectum in virtute contrariâ, in gradu valdè excellenti, alto, & raro.

Septimò. Circa materiam Meditationum ordinariam, eam totâ vitâ retinendam, suadeo non aliam, quam vitæ & passionis Christi Domini. Tum quia ea commendata est à S.P.N. Ignatio, & à S. Xauiero, aliisque magnis Dei Seruis; tum quia imensus amor, & beneficia in nos Christi Domini, id exigunt; tum quia nulla res meditata ita poterit te excitare, & iuuare ad consequendam perfectionem. Et experientia docuit in multis, eos non tam studio vero perfectionis, & profectus propriij, quam in ordinato quodam tædio, & curiositate, palliatâ specie virtutis ductos, neglectâ Christi vitâ alias bonorum spiritualium venas sectari. Porro P. Balthasar Alvarez, vti scribitur in eius vitâ, Inter omnia Saluatoris mysteria singulari afficiebatur deuotione ad eius sanctissimam passionem & mortem in cruce, quam valdè sua memoria fixam habebat, valdeque recreabatur de eadem meditari. Quare rogatus de modo, quem in orando tenebat, respondit: sibi statim in ipso ingressu offerri Sanctissimos Christi Crucifixi pedes, quos ipse primum adorabat, & ad eos se constitutum meditari altissimam omnium virtutum lectionem, quam ex Cruce cathedrâ Supremus ille Magister docuit. Ex quo valdè accendebatur ad se mortificandum, cruci, affigendum, ad amandos, in-

uandosq; proximos, pro quorum amore tantus Magister tot labores sustinuit. Adeoque ex hoc proficiebat, vt omnes incipientes tradentes se orationi, horeretur ad meditando Christi Passionem, tanquam spiritualis eorum profectus fontem. Et in ordinariis suis exhortationibus hoc frequenter repetebar: Ne existimemus nos aliquid fecisse, donec eò perueniamus, vt semper Christum Crucifixum in corde nostro gestemus. Non nego tamen, post multos exactos in Religione annos, idque post susceptum sacerdotium, posse, non longo aliquo tempore, quempiam versari in meditando aliquibus Scripturæ sententiis & Psalmis, vel similibus, dummodò ordinariis animè pastus, Christi Domini nostri vita sit & Passio.

Octauò. Circa tempus Meditationis, quamdiu studiis vacas, & scholasticis occupationibus, sufficere tibi ordinarium tempus præscriptum, si illud benè expendas. In vacationibus tamen sine detrimento occupationum scholasticarum, cum approbatione Superioris, adde semper aliquid, saltem dimidium horam, Huc spectat datum à S.P.N. Ignatio P. Natali (longius pro Societatis personis meditationis tempus quam vnus horæ suadenti) responsum. *Homini benè mortificato* (quales è Nouiciatu ad Collegia venturos optabat, & sperabat S. Pater) *sufficere etiam vnum quadrantem quotidiana meditationis ad vitam religiosi & perfectè instituendam.*

Nonò. Assuesce extra Meditationum, Examinum, Officij diuini, Missarum, coronarum tempora, sæpè cor ad Deum eleuare, breui quidem tempore, sed ardentè, & intensè. Feruor enim animi, & intensio actuum perfectiorem reddit animam, quam sine illo temporis longitudo & extensio. Talis erat S. Pater, qui etiam dum mensa benediceret, dum eâ sublata gratias ageret, ita accendebatur interius, vt quodam modo facies eius ignesceret, Ribadeneyra teste. Per has cordis frequentes ad Deum eleuationes acquiritur Dei assidua memoria, ferax virtutum, & arcens vitia ab homine. Nam, vt ait S. Diadochus, *Qui versatur semper in corde suo, absens procul à iucundis rebus huius vitæ peregrinatur. Qui enim ambulat in spiritu, non potest desideria carnis nosse: quandoquidem iam deinceps in arte virtutum suas ambulationes conficit, vitaturq; iis ipsis virtutibus veluti iamtricibus castimonia, quæ est instar ciuitatis parue: ex quo fit, vt in hoc irrita sint machinæ demonum, quamuis vsque ad fenestras nature, tela vulgaris amoris pertingant.*

Decimò. Quoniam inter efficacia media ad perfectionem ponitur Dei præsentia; hoc est, Dei memoria actualis (talem enim præsentiam, vt faciliorem & capiti non noxiam probo) variis pietatis actibus internis excitari & conseruari solita, ad eam consequendam tria media efficacissima, & vt ita dicam infallibilia sunt. Primò, Meditationes matutinas benè expedit, hoc est, non negligenter, sed cum excita-

78.  
i. b. f.  
7. 6.

79.  
ib.  
I. I. g. in  
ere.  
I. X. l. 6.  
in cap. 5.

part.  
u. f. t.  
ia de  
lic. A.

80.

182.

183.

lib. 9. vitæ  
cap. 3.

cap. 17.

184.

tatione ardenti voluntatis, ad odium imperfectionum, & ad amorem virtutum omnium. Secundò, in recreationibus loqui de rebus sacro ore & Religioso dignis, sine effusione cordis ad nimiam lætitiã, & iocos irreligiosos. Tertio, omnes præcipuas diei actiones, saltem initio singularum, breuiter, sed ardentè, offerre ad gloriam & gustum Diuinæ Maiestatis. Experiencia certa docuit, his viis citò posse acquiri talem præsentiam Dei, vt immediatè post somnum, post occupationem quamuis etiam distractam prima cogitatio non aliã de re se menti ingerat, quàm de Deo, & rebus purè Diuinis. Item, vt etiam in occupationibus distractiuis, vt sunt seruire ad mensam lauare læges, vertere domum, ambulare &c. vel perpetuò, vel frequentissimè memoria Dei recurrat, & quidem non accessita actu reflexo, sed quasi conaturaliter, & vltro se ingerat, quodammodò inuito & non cogitanti, diuinæ gratiæ beneficio, quæ nunquam deserit quærentes se, & cooperantes ordinariis mediis, diuinitus nobis datis, ad perfectionem consequendam. Item, talis se Dei memoria tibi ingeret, vt non minus deuotum cor tuum, etiam sensibili deuotione, & planè ardenti, & valdè accensâ bulliens inde habiturus sis in officiis distractiuis, quàm in ipsa ardenti & deuotâ oratione priuatâ & solitariã. Qui deuotionis ardor, non tantum in te memoriam Dei conseruabit, sed fructuosam reddet; nam excitabit te ad illas externas actiones, etiam distractiuas naturâ suã, benè & accuratè faciendas, quippe tanquam si Deo vidente fierent, inchoatas, & continuatas. Hoc est, quod S. P. Noster exigit à Nostris, *Vt in omnibus rebus quærant Deum, & inueniant.* Et de se quondam dixit P. Ludouico Gonsaluo, *Se Dei beneficio habere facilitatem, in omnibus rebus inueniendi Deum, quotiescunque veller.* Non est exaggeratio id, quod scripsi, sed res plus quàm certa, & non pro vno die vel anno, sed pro totâ vitâ, probata ab iis qui sunt Domino suo fideles. Hinc quoque orietur, vt tales etiam per somnium, vel dormientes, vel semiuigilantes, crebrò prorumpant in verba pia, & colloquia breuia cum Deo, & Sanctis, id non per actum reflexum procurando, sed planè conaturaliter, & quasi acti ab alio, verè in actu exercito, non cogitando, nec excitando se ad tales orationes iaculatorias, quæ illis etiam vigilantibus & alia agentibus, & colloquentibus, vltro se ingerunt. Sæpè etiam prorumpunt exterius vsque adeò, vt etsi velint, non possint semper impedire, ne erumpant, nisi factâ magnâ vi animo, bullorem quandam tenerrimè erga Deum, & res Diuinas, deuotionis, cum actuali Dei memoriã coniunctâ reprimendo. Non erit autem hoc creditu difficile, quandoquidem ferè omnes, etiam imperfectissimi, & obtuso in-

genio præditi, experiuntur se in schola aliud scribere, sine erroribus, & cogitare simul continuò de rebus aliis diuersis profusus à materiã scriptiois. Sicut ergo in imperfectis possunt simul duo actus tam disparati, viribus solius naturæ coniungi, vno non impediente alterum, ita multò magis mens diuinæ gratiæ beneficio potest simul attendere actionibus externis, benè & non stolidè expediendis, & simul ferri in Deum ardentibus affectibus variis: modò humiliationis, modò compunctionis, & doloris de peccatis, modò petitionis, modò gratiarum actionis, modo diuinæ laudis, modò oblationis sui ad Dei obsequium, modò lætitiæ ortæ ex diuinæ gloriæ incremento, modò tristitiæ ex peccatis seculi auditis vel cogitatis excitatæ, modò renouationis internæ vororum, modò cuiusdam spiritualis Diuinæ Maiestatis amplexus per actum amoris ardentissimum, modò spei, & certæ expectationis donorum gratiæ, & suo tempore gloriæ, modò fidei, & similibus, quas Spiritus sanctus excitat, & fouet, & auget, in mentibus eius ductus, & directioni obsecundantibus, & per plenè voluntaria peccata eum non impediuntibus.

*Vndecimò.* Etsi longiora orationis tempora non sunt cuius aut quærenda, aut concedenda, vt supra dictum est; omnes tamen multas quotidie possunt inuenire temporis partes, quas orationi breui, sed accensâ tribuant, è quibus magnus cumulus congregari poterit, à piè auaro corde. Inprimis prima media hora ante meditationem fetè tota in oratione vel vocali, vel colloquio cum Deo mentalibus, variis actibus plenis, potest extrahi. Post meditationem totum tempus illud, quò itur ad audiendum vel dicendum Sacrum, & quò post reditur. Illa quoque tempora, quibus ad scholam itur, & expectantur alij, donec conueniant, & donec Magister ad legendum veniat. Illa quoque in reditu è schola: & illa quæ à fine examinis intercedunt ad ipsam comestionem. Item dum lauantur, extergunturque patinæ, dum locus aliquis verritur, dum è cubiculo itur aliò, & reditur; dum exitur extra Collegium, toto illo tractu domorum in quo veritum est loqui, denique ad sonum singularum horarum, quibus dicta Salutatio Angelica conciliat indulgentias 1000. dierum ex concessione Pauli V.

*Duodecimò.* Porro sine vllâ occupationum iacturâ, dum solus es, ad cuius horæ pulsus, præter Salutationem Angelicam hæc posses addere, quæ omnes necessarios affectus ad Deum, & diuina comprehendunt, & multum prodesse poterunt iis, qui cum filiali fiducia credunt Spiritui sancto dicenti: *Multum valet oratio iusti assidua.*

1. Benic-

1. Benedicamus Patrem & Filium cum sancto Spiritu, laudemus, & superexaltemus eum in secula.

2. Expurga nos Omnipotens & misericors Deus, quam citissime & perfectissime à quavis culpa, pena, & reliquiâ peccati, quod super omnia mala detestor propter te Deum Patrem ac Dominum meum, super omnia dilectum.

3. Conuerte quam plurimos & quam citissime Omnipotens & misericors Deus à vitâ impiâ ad piâ, & à piâ ad perfectissimam omnî ex parte.

4. Fac nos, Omnipotens ac misericors Deus, semper viuere ac mori in quam maximâ & perfectissimâ sanctitate omni ex parte.

5. Ad laudem, & gloriam tuam Omnipotens & misericors Deus, dirigantur omnia nostra verba, cogitationes, & opera, in odorem suauitatis.

6. Agimus tibi gratias, Omnipotens & misericors Deus, pro vniuersis beneficiis tuis, manifestis & occultis, præsertim iis, quæ concessisti Sanctissimæ Christi Humanitati, & Beatissimæ Matri eius ac nostræ, & omnibus Sanctis, & pro iis, pro quibus gratias tibi non egimus, & ex quibus sumptimus occasionem te offendendi.

7. Domine miserere omnibus, quicumque desiderant preces meas, præsertim inimicis, & aduersariis meis, si qui sunt vel erunt.

8. Omnes Sancti, & Sanctæ Dei intercedite pro nobis.

9. Adiua nos. Omnipotens & misericors Deus, quam citissime, & quam perfectissime, in omnibus necessitatibus nostris temporalibus & spiritualibus.

10. Et benedictio tua † sit super nos semper. Hoc dicendo signum crucis exprime cum tenero affectu, & reuerentiâ erga Christi crucem, & fiduciâ erga Diuinam liberalitatem, quæ ob merita Christi Crucifixi omnia nobis dona gratiæ largitur. Hæc primâ specie videntur multa, sed qui contraxit habitum, & benè memoriæ mandauit ipsa præcisè verba, celerissime expedire potest, sine iacturâ temporis, & occupationum impedimento. Quando prouectus eris, addes etiam, exemplo S. P. N. Ignatii & S. Botomæi, breuissimum conscientiæ examen circa modum, quo illam horam traduxisti: quod homini non effuso ad exteriora, qualem te fore suppono, facillimum erit, & ferè vno mentis oculatâ circa res suas intuitu perfici poterit. Hos ipsos actus orationis repetere poteris, quoties visitas SS. Eucharistiæ Sacramentum, & aliis temporibus.

11. *Decimotertio.* Inter alios modos oratione placendi Domino, is tibi sit cordi, vt illis diebus, & illis partibus diei, & in illis locis, & actionibus, in quibus tepidi negligenter orant, tu ores diligenter & feruenter, v. g. quando datur benedi-

ctio mensæ, vel post illam dicitur gratiarum actio: Quando tempore recreationis datur signum ad salutationem Angelicam. Quando mitteris die recreationis ad deambulationem, & in eâ iuberis meditationem expedire. Quando iter facis & in curru meditandum est, & in aliis similibus occasionebus, id quæ facias animo exhilarandi cor Dei, & compensandi ob eius gloriam, quodammodo omnia mundi peccata circa orationem contingentia illis temporibus.

*Decimoquarto.* Dum voce oras, caue ne clariùs orando alios propè orantes impediâs. Tertulianus improbat: *In oratione manus sublimius efferre, & vultu in audaciam porrecto, & clariùs adorare proximo obstrependo.* Non satis est animo solo piis affectibus pleno orare, sed, vt monet S. Cyprianus, *placendum est diuini oculis, & habitu corporis & modo vocis.* Nam, vt impudens est, clamoribus strepere, ita contra congruè verecundo, modestis precibus orare. Ideò inter laudes sui Patris morientis recenset S. Gregorius Nazianzenus, quòd æger, & centenarius mortuus sit, in orationis verbis *as gestibus, nullo vitij vestigio.*

Huc spectat pituitæ excreatio, à quâ abstinendum est, quantum fieri potest, nam & hæc res offendit vicinos orantes. Ideò olim, teste S. Gregorio Nazianzeno, *Qui accedebant ad sacra, non tantum animum, sed etiam vocem perpurgabant,* ne vel rauca voce Dei canerent laudes, vel excreando phlegmata aliis orantibus essent molesti. Et ita, cum S. Catharina Senensis prope sacerdotem Missam dicentes flectens genua fletibus suis perstreperet, monita à Confessario fuit, vt in remotiore loco oraret, ex quo fletus & singultus orantis exaudiri non possent.

Cum oraueris, monet S. Bernardus, *non impleas aures audientium singultibus & suspiriis, sed intende ora Deum in cubiculo cordis tui.*

*Decimoquinto.* Caue ne recitando voce preces, siue domi, siue in Missâ, siue in Trichinio, aut Musæo communi, in Litanis, festines. Magna est hæc irreuerentia, præsertim dum versiculo ab altero nõ absoluto tu tuum protrudis, quod graui Epistolâ P. Mutius, Præpositus Noster Generalis, seriò emendandum omnibus Prouincialibus Præpositis præscripsit Anno 1620. 19. Decembris. Hoc est, quod etiam reprehendit S. Theodorus Studita: *Cohorsit decorè ritus, psallere, non obiter, & supinè confusè.* Confusè sit, dum non percipitur distinctè, quid quis loquatur, dum respondens præuertit orantem. Cur autem id fugiendum sit, subdit: *Id enim offendit Spiritum Sanctum qui edicit: Psallice intelligenter. At intelligenter psallere non poterimus, nisi id obseruetur, ne frequentando versum auspicemur, priusquam prædictus sit absolutus, aut si concitanter eat versus.* Sic & S. Bernardus monet: *Strenuè interesse diuini laudibus, non præcidentes verba dimidia, non integra transilientes.* Hoc enim est, quod damnat S. Cyprianus: *Ventilare preces vestras, inconditâ vocibus, & pe-*

188.

1. de orat. cap. 13. 1. de orat. Dom.

Orat. 19.

Or. 20. de laud. Bas.

1. 2. vitæ cap. 20.

Form. 7 hon. vic. col. 2.

Ser. 99.

Psal. 46.

Ser. 47. in Cant.

1. de orat. Dom.

titio-

*cionem commendandam Deo, tumultuosâ loquacitate iactare. Verè tales plurimum orantium & se interpellantium preces appellari possunt, ut loquitur S. Gregorius Nazianzenus, laudans S. Athanasium, voces, linguâ aduersariâ, hominum sese mutuo superare contententium. Quod & Deo displicet, & religiosas aures offendit.*

## CAPVT. DE CIMVM.

*De actibus variarum virtutum, & multiplicatione meritorum.*

**E**X ardentis desiderio promouendæ diuinæ gloriæ; non tam propter tuum spirituale commodum, & lucrum, quàm propter Deum ipsam & gustum intimum Dei, quem percipit ex hominum probitate, assuesce piâ quadam auaritiâ spirituali, in omnibus occasionibus cumulare spiritualia lucra meritorum, ut quantum per statum huius vitæ & occupationes tuas licebit, perpetuò occuperis in operibus meritoriis, hoc est, dignis augmento intrinseco in te diuinæ gratiæ, & præmio post mortem, ut verè & humiliter dicere possis verba Domini & Salvatoris tui: *Ego que placita sunt ei, facio semper.* Quoniam verò nullum opus iusti meretur augmentum gratiæ & gloriæ (ut verior est Theologorum sententia) nisi fiat expressè ob motiuum aliquod supernaturale, idque liberè, & sine vilo peccato corrumpente bonitatem actionis (quod tollit vel interruptit meritum) ideo hoc tibi erit cordi, ut non casu & inconsideratè, sed cum reflexione piâ facias ob finem supernaturalem, quæ facis iuxta præscriptum S.P.N. Ignatii de rectâ intentione habendâ in omnibus rebus particularibus. Inter quædam monita B. Aloyij, quæ post eius mortem manuscripta inuenta sunt, hæc quoque erant: *Non modo tibi ab omni prauo opere, verum etiam indifferente & inutiles abstinentium est. Quin potius, quod propius semper ad Deum accedas, in id omni studio incumbens, ut nullum factum, nullum consilium tuum, non à virtute dismanet. Alterum, quo affectus tuos dirigas, hoc est, ed te religiosorem, magisq; piuum futurum, quo vitam tuam diligentius, secundum rationes æternas, minus verò secundum temporales gubernes, sic ut nihil ames, nihil desideres, nihil lateris, nihil oderis aut auerere, nisi pietatis causâ; tibiq; persuadeas, hoc deum esse, religionem pietatemq; profiteri.*

Verè necessaria sunt monita hæc, ne congregemus, ut monet S. Propheta, in sacculum pertusum, perdendo multa merita, quæ possemus cumulare, rectè agendo; quæ perdunt inconsideratè viuentes. *Mali enim, ut ait Seneca de vitâ beatâ, eunt, quò non eundum est, sed quò itur.* Quocirca ut multum merearis;

*Primo, assuesce non tantùm actus virtutum supernaturalium elicere propter Deum, vel propter bonitatem, seu honestatem supernatu-*

ralem, quam in se habent (quanquam primus modus facilius est, & magis meritorius, si omnia facias purè propter Deum solum) sed etiam alios actus naturales, qui naturâ suâ non referuntur ad supernaturalem finem; uti sunt comedere, bibere, recreare se, dormire, surgere, lauare manus, scribere, caput alteri aperire, spueri, fricare barbam, mundare vestem, lauare patinas, & his similes, qui ab hominibus ordinariè fiunt vel casu, vel ob naturalem aliquem finem. Praxis autem has actiones cum merito peragendi talis esse potest: Dum tempus surgendi est, propicias te citò ex lecto decore, & violentè somnum excutiendo (quâ in re multùm poteris mereri ob victoriam naturæ, adhuc vteriorè somnum auide expetentis) saltem mente solâ dic: *Domine surgo, vel volo surgere propter te Deum meum: volo nunc diligenter meditari propter te Deum meum: volo vestem hanc expurgare à sordibus fetuceo propter te Deum meum: volo deuotè Sacrum audire propter te Deum meum: volo attentè studere propter te Deum meum: volo ire ad scholas (dum audis pullum) propter te Deum meum: volo repetere lectionem propter te Deum meum: volo scriptam lectionem domi relegere propter te Deum meum: volo examinare conscientiam meam propter te Deum meum (dum datur signum ad examen) volo corpus meum tibi dicatum cibo rescire (dum ad prandium, vel cænam vocaris) idq; sobriè, & decenter propter te Deum meum: propter te hoc volo comedere &c. propter te volo nomen Iesu in orbe, & patinâ expressum ante oculos habere & orbe & patinâ ita positâ ut, ut illud SS. Nomen in superiore parte orbis & patina appareat, tanquam in situ & loco digniore: volo me recreare religiose propter te Deum meum: propter te Deum meum volo ire ad repetitiones, volo lauare scutellas seruicè ad mensam, verrere hunc locum, exire ad deambulationem; propter te Deum meum: volo spueri, vel spuo, frico iue &c. volo parum quiescere à laboribus propter te Deum meum &c. & ita singula offerri possunt: imò non solum offerendo, sed faciendi hæc omnia expressè tali animo, & intentione, sine reali obligatione peragendo, iustus omnino meretur augmentum gratiæ maius, quò maiori cum affectu interno, & actu intento obtulerit Domino: & adhuc maius, si valdè accuratè, diligenter, cum adificatione & seruire opus peregerit. Iis autem, qui magno studio virant etiam leues imperfectiones, & cor ab effusione ad externas res custodiunt, dat Dominus talem gratiam, ut dum ipsa opera exteriora peragunt, scilicet, dum seruiunt ad mensam, dum verrunt cubiculum, dum lauant in culinâ, dum scribunt etiam lectionem, & actualement sentiant deuotionem tenerrimam erga Deum filialis dilectionis, & tamen propterea non errant in opere, quod habent præmanibus, imò illud perfectius peragunt. Dat talibus Dominus Deus noster practicam imitationem sui, quia sicut ille in perfectissimâ suæ diuinitatis vi-*

Orat. 11.

.38.

190.

Ioan. 8.

29.

Reg. 17. sum. lib. 2. vit. cap. 5.

Agg. 1. 6.

191.

tis visione, & fruitione beata quodammodo immerfus, & vt humano modo loquamur, quasi in se absorptus, attendit tamen perfectissime omnibus rebus humanis, ac si de re nullā aliā cogitaret ita diuinæ gratiæ beneficio Serui eius proportionē quadam, eum imitantur in hoc, dum actualis deuotio interior non impedit, sed perficit, opera exteriora, & Maria iuuat Martiam.

192. *Secundō.* Præter communes actiones, & ordinariū modum eas offerendi, adhibe etiam extraordinariam industriam circa res alias, ordinarias quidem, sed ad quas non multi reflectunt animū, & spiritalia lucra non querunt. Adferam aliquot exempla huius lucri spiritalis, & modum crescendi in gratiā propter gustum Domini Dei nostri, etiam in aliquibus rebus vilissimis. Ex quibus exemplis, Spiritus sancti vñctione adiutus, plura per te inuenies & discēs.

Dum seruis ad mensam, præsertim secundam, inde non discedas, nisi postquam omnes profus discesserint qui mensæ accumbebant, etiam si aliqui accumbentes verè non egeant tuā operā, eo quod omnia habeant necessaria. Id autem facies Christi personam in iis honorando. Nam si Christus accumberet, omnino prius illo non discederes. Eodem tempore curioso oculo, & auido animo circumspice, ne quid desit, & cum summā animi alacritate præbe necessaria, & præueni etiam petitionem eorum, non secus, ac Christo, vel S. Ignatio ministras, finem tamen huius diligentia non alium proponendo, quàm gustum intimum, & cordalem, vt ita dicam, Domini tui. O quantum seruens anima pingnefcit tali modo linguas actiones peragendolō quantis donis diuinitus repletur talis diligentia in paruis rebus! sciunt experti. Ita dum alterius loco imponitur tibi aliquid perficiendum, aut dum applicaris sapius quàm aliq ad officium aliquod vile, vel laboriosum, exulta, nec detrecta oblatam merendi occasionem. Dum in cubiculo deambulās, quando te ad aliam partem vertere vis, caue ne tergū, sed faciem obuertas illi cubiculi parti, quæ vergit ad locum SS. Eucharistiæ proximum, idque expresse affectu reuerentiæ & amoris erga Dominum Iesum in Eucharistiā existentem. Dum Sacrum dicis, illud finiens, ita relinque omnia signa per funiculos illos sericeos disposita, vt is qui successurus est, statim inueniat Misam dicendam, & omnes orationes ad eam spectantes, nec opus habeat vllum funiculum transponere, idque facias ex actuali, & expresse affectu fraternæ charitatis propter Deum. In fine comestionis, ita pone vitrum, cochlear, furcinulas &c. vt is qui seruit, facile sine conatu auferat è mensā. Sic dum potus deest, & is qui seruit vult infundere, offer ei cantharum, si longius ab illo remotus est, ne cogatur corpore

anteriùs inflexo illum apprehendere cum aliquo labore, quæ omnia facias expresse ex affectu purè supernaturali propter Deum tuum & gustum eius. Si in loca perfusa, & maculata incideris, ea munda ex simili affectu. Non tam aspicit Deus, quid facis, quàm quo affectu & modo. Denique practice in omnibus & singulis occasionibus serua illud: *Quod tibi vñ fieri, alteri feceris*, quantum per obedientiam & regulas licebit.

*Tertio.* Quoniam meriti magnum fit incrementum ex intentione bonorum actuum, idè da operam, vt si non omnes, saltem præcipuas actiones tuas, quæ Deum attingunt, valdè accensè, feruenter, & cum summā, quā potes, contentione facias, saltem in aliquā parte, actiones diutius durantes, si non in totā. Solet autem intentio actionis redundare etiam in corpus, & illud sensibilibiter accendere, & piè commouere, & alterare. Nam, vt ait S. Thomas; *Feruor charitatis in hoc consistit, quod actus eius ex sui vehementia, vsque ad permutationem inferioris partu redundet.* Et, vt idem docet alio in loco, *Feruor charitatis dicitur per similitudinem, secundum quod ad exteriora quodammodo bulliendū refunditur.* Hæc hoc loco sufficiant, quoad multiplicationem meritum in operando, de quā plura dicam in Opusculo de negotiatione cælesti.

*Quarto.* Magna est meritum materia in mortificatione affectuum, non exequendo ea, ad quæ nos inordinatè impellant, sed contraria illis faciendo. Excelluit hac in re N. P. Balthasar Alvarez. *Qui continuè se ipsum persequatur, sibiq; negabat, quicquid natura appeteret, non solum in rebus maioribus, sed etiam in minoribus.* Dicebat enim *substantiam mortificationis in eo consistere, vt in rebus omnibus, etiam minimis, adhibeatur.* Et hac continuè sui mortificatione sustulit omnia profectus sui impedimenta. *Vicit passiones suas, & obtinuit Spiritus libertatem, suiq; ipsius & affectuum omnium tam exactum dominium.*

CAPVT VNDECIMVM.

*De vsu oris, laborum, & linguæ.*

Indecorum est voce clamosa vt, quod S. Bernardus ex S. Benedicto, & Cassianus inter gradus superbiæ ponit. Et tales sic tractare præcipit Quintilianus: *Sunt, inquit, quidam præduri oris, vt obstrepent ingenis clamore, quos vt non imitari, ita acriter propulsare oportet.* Non spernenda est hæc modestia. Nam Spiritus sanctus inter Christi laudes ponit: *Non contendet, neque clamabit, neque audiet aliqui in plateis vocem eius.* S. Ioanni Damasceno in Monasterio Lauræ, ob cantatum in cubiculo Sacrum Hymnum, à Magistro Nouitiorum pœna fuit iniuncta, sordium omnium è Monachorum cellis colligendarum & exportandarum. *Quoties, inquit S. Basilius, inter se collo-*

de veric.  
q. 26. a. 7.  
ad 7.  
in 4. dist.  
16. q. 3. a. 19  
ad 2.

193.

194.  
Cass. l. 12.  
cap. 29.  
l. 6. cap. 1.

IIa. 41. 2.  
Matt. 11.  
19.

S. 1. de in-  
sti. mon.  
quium

quum habere conueniet, vocis modum ipsis necessitas ipsa definit, vt scilicet cum eo, qui propinquior sit, presens agatur, qui autem remotior, is altiore aliquando voce appelletur. Illud autem, vt aliquis in dando consilio, hortatione de re aliqua adhibenda maiore, asperiores, vtatur vocis sono, hoc, vt res contumeliosa est, e conuentu prorsus amouetur.

In char. lib. de Hon. Cic. in Brut. Au. de diuin. to. 6. Eccl. 2. 1. Laert. in Carn. Theophrastus inter signa inurbanitatis & animi rustici ponit; In isto altiore voce loqui & maiori. Plutarchus: Vociferatio barbarorum est, silentium autem Græcorum. Cicero, & S. Augustinus, Insaniam nominat omnia magna voce dicere, id improbans in Caio Fimbriâ. Idem est iudicium Spiritus sancti: Fatuus exaltat vocem suam. Cum Carneades Philosophus in Gymnasio disputando vocem intendisset, misit ad illum Præfectus gymnasij, ne eâ clamoris insolentiâ vteretur. Da igitur, respondit, vocis modum. Ille qui missus erat inquit: Sine pro mensurâ auditores, scilicet non magis attollendam esse vocem, quam opus sit vt exaudiatur, quod sine clamore fieri potest.

Indecorum quoque est cachinnos edere, seu ridere clamosè. Ipsum vocis sonum liberet modestia, ne cuiusquam offendat aurem vox fortior, inquit S. Ambrosius. Vterque qui disserit, vt ait Clemens Alexandrinus, vocem suam metiatur iustâ proportionem, & commoderationem. Elatus enim clamor pronuntiationis, est res insanissima. Cum proximis autem ita loquitur, vt non audiaris, eius est, qui nullo est sensu pradiuus; neque enim audient: & est hoc quidem pusilli, & abiecti animi iudicium, illud verò arrogantia.

196. Absit etiam vehemens contentio pro inani verborum victoriâ, &c.

Frequenter spuerè, & violentius excreare, & etiam emungere, in conuiuiis vitanda est. Conuiuiarum vitiis habenda est ratio, ne præ nauisâ talem auerentur turpitudinem, qua arguit intemperantiam. Non enim sicut bobus, & asinus simul est præsepe & sterquilinum.

Sternutatio autem si cui euenerit, sicut etiam ructus, non oportebit sono proximis eie, qui de malâ educatione ferant testimonium. Sed ructus quidem cum exspirato aere est transmittendus, ore decore composito, nec instar personarum tragicarum diducto & biante. Sternutationis autem, qui conturbat spiritus, respiratione leniter repressâ ac retentâ auferendus est. Hac enim ratione quam honestissime fieri poterit, conglobata spiritus mina intus sunt extinguenda, prouidendo vt ita transeat, vt etiam ceteros latere conetur, si vi expressus aër aliquid secum excrementum duxerit. Arrogantia autem, & insolentia signum est ipsi velle sonis aliquid addere, non autem detrabere. Sit ergo, vt monuit Cassiodorus, vox mediocris, nec debilis vicino silentio, nec robusta clamore dilatato.

Vitium maius est, effaminatè loqui, quod fortè intellexit S. Hieronymus, dum vetat, Loqui voce tenui, & suspirando. S. Ambrosius citatus à S. Thoma improbat, molliculum & infractum vocis sonum. Vox, inquit S. Ambrosius, sit non remissa, non fracta, nil famineum sonans, sed formam quan-

dam, & regulam, ac succum virilem seruans. Sed vt molliculum, & infractum, aut vocis sonum, aut gestum corporis non probat, ita neque agrestem ac rusticum. Et: Vox sit distincta, pronuntiationis modo, & plena succi virilis, vt agrestem ac rusticum fugiat sonum non vt rhyethnum affecisset scenicum, sed mysticum seruet. Et Tharsenles vocem muliebriter infringentes meritò carpit Dio Chrysostomus. Et S. Bernardus reprehendit illos Monachos, qui in Choro canunt parentes vocibus, & fractis, ac remissis vocibus muliebre quippiam balbâ de nare sonantes, non virili sono. Hoc tanti fecit S. Hieronymus, vt dans monita Eustochio pro custodia Virginitatis, etiam hoc improbet, & quidem in feminis, qua nunc strictis dentibus, nunc labijs dissolutis, balbutientem linguam in dimidiata verba moderantur. Et hoc appellat, lingue adulterium.

Dedecet quoque contrarium, nimirum pompaticè loqui, & quasi edendo oracula, & interrumpere sermonem alterius. Docuit hoc Spiritus Sanctus: Qui prius respondet, quam audiat, stultum se esse demonstrat, & confusione dignum. Et alibi: Priusquam audias, ne respondeas verbum, & in medio Seniorum ne adicias loqui. Quod etiam cum omnibus faciendum est, præcipue tamen, dum te Seniores alloquuntur, ausculta, ne interrumpas loquentem. Temperantia est, inquit S. Prosper, quod reuerentiam Senioribus exhibemus, quod prestamus Seniori loquenti silentium; quod ipsius ad loquentem prestolamur imperium. Didicit hoc à Scripturâ sanctâ, qua monet: In medio magnatorum non presumas. Et vbi sunt senes, non multum loquaris. Et alio in loco: Noli verbosus esse in multitudine Presbyterorum. Hoc est, vt exponit Iansenius, noli garrere, & iocosè loqui. Imò Clemens Alexandrinus vetat ridere, si adsint Seniores, vel aliqui, quos æquum est reuereri.

Altero loquente, inquit S. Dorotheus, caue sermonem abruptum; responde, vt sapiens, & cordatus, non vt rudis & ignauus. S. Bernardus inter superbia gradus quarto loco ponit, præuenire interrogantem, non querenti respondere, & verba collocutoris imperfecta præscindere. Quintilianus inter vitia sermonis reponit: Si qui medios sermones intercipiant, & omnia tumultu confundant. Quam solam ob causam ter fuit, Deo permittente, flagellatus à dæmonibus, sanctus Vir P. Ioannes Fernandez noster, vt in eius vitâ Hispanicâ manu scriptâ P. Claudio Generali, pro locupletandâ Societatis Historiâ, missâ ex Hispaniâ, legi Romæ: qui tamen tam feuerè castigatus ob interruptos aliorum sermones, adeo erat Deo charus, vt præter alia miracula Dei benevolentia erga se argumenta, ea que rara, tantâ familiaritate cum Angelis vteretur, vt dum illi canerent Ecclesiasticum illum Hymnum, Regina celi lætare &c. ipse quoque cum illis voce (vt ipsemet scriptum reliquit in suo secreto libello post eius mortem inuento) grandiore (vt ego interpretor, Basso musico) concineret, & varia secreta Deo reuelantè

de anima. cap. 18. epist. 1. l. i. Offic. c. 19. fin.

ante disceret. Quorum indubium testem habeo P. Ludouicum Masellum, eius in Collegio Romano (in quo Sacras Literas ille tunc explicabat) Confessarium, à quo id accepit, dum esset Abbatens Italiae sub P. Claudio Aquatuià, nostro Præposito Generali. Hanc rem S. Basilius tanti fecit, vt tradens præcepta vitæ S. Gregorio Nazianzeno, inter alta id posuerit: *Inprimis, inquit, magno studio id comparandum habemus, scite vt sermocinari possimus, vt nec contentiosius percontemur, nec affectantius respondeamus, vt differentis non obloquamur, nec interfari, ac interpellare gestamus, absurdâ ostentatione fastumq; præferente.*

Reprehensionem quoque meretur, si multum loquantur Iuniores præsentè Superiore, vel valde Seniores; signum id quoddam nimie libertatis est, & inuerecundiæ. Benè enim ait S.

Ambrosius: *Silentium quoque ipsum in quo est, reliquarum virtutum otium, maximus actus verecundiæ est. Denique si aut infantie putatur, superbia probro datur; si verecundiæ, laudi dicitur. Nec carebit vitio velle semper loquacem esse, & vix sinere alios loqui. Et, vt ait S. Gregorius Nyssenus id improbens, verborum veluti grandine colloquentes obruerit. Tale loquacitatem S. Ambrosius, appellat. Imoentia virtutisq; naufragium, atque incertum prolapsionis & culpa.*

Præcipitanter & nimia cum volubilitate loquentes damnat Clemens Alexandrinus, tantquam non retribuentes voci ius suum.

Contradicere loquentibus non decet, & corrigere narrationes aliorum præsentium: Narrare auribus Religiosis non conuenientes, aut ea proferre, quæ vel famam lædant alienam, vel auctorem animi excitare possunt, contra aliquem; exprobrare, etiam ioco, alterius defectum naturæ, vel morum.

Inconsiderata locutio, per quam excidant verba, quamuis peniteat postea, in vitio est. Idem inquit S. Chrysostomus, *Deus linguam velut muro duplici voluit circumdari. Nam dentium tegmine, & labiorum custodia continetur, ne verba improuidâ garrulitate proferantur. Et, vt obseruauit S. Gregorius Nyssenus, Idcirco & tenuis illa membrana, que cum ipsâ lingua mentum interius deuincit, frangitur, ne ineptè loquatur, & inconcinne. Ad quod lingua per se valde procliuis est. Non enim frustra lingua in vdo est, inquit S. Augustinus, quia facile labitur. Ne autem labatur, præcedat consideratio locutionem, nequid inconsideratè dictum excidat, & vel loquenti noceat, vel offendat audientem, & prolatum esse peniteat.*

De Cicero scribit S. Augustinus: *Nullum vnquam verbum, quod reuocare vellet, emisit. Et quod magis confundere debet homines ad perfectionis statum vocatos, idem subdit: Et illos, quos vulgè moriones vocant, quando magis à sensu communi dissonant, magisq; absurdè & insulsi sunt, tanto magis nullum verbum emittunt, quod reuocare velint. Si ergo morionum quoque mos est, qui stultitiam pro-*

fitentur, ne stultè loquantur, sed aptè & ingeniosè, & accommodatè ad exhilarandos præsentès; quantopere Dei seruos decet, nil non meditatè eloqui; ne quod stultè protulerint, diuinas aures offendat. Hinc S. Basilius monuit: *Inprimis magno studio id comparandum habemus, scite vt sermocinari possimus &c. Expendendum prius, quid dicturus sis, atque ita demum edendum & promulgandum. Qui non præmeditatè loquuntur, eorum orationem Gellius ait existimatam ab antiquis In ore nasci, non in pectore: linguam autem debere non esse liberam, nec vagam; sed vinculo de pectore imo, ac de corde aptis moueri, & quasi gubernari.*

Mandendo cibum, labiis sonum edere porcino simile turpe est, vt nimis labia mouere, inter edendum more auidorum, dum cibus masticatur, labia diducere & os aperire, ita vt ab aspiciente videri possit cibus, cum nauis in os ingestus. Deducet, inquit S. Dorotheus, *Monachos os patulum vnquam habere.*

Ossa rodere, vel dentibus catnem ossibus adhaerentem ab eisdem auellere, quod cultro faciendum est.

Dentibus auellere panis, vel carniæ, vel casei partes, alteriusvæ rei, vt fructuum, à similibus eiusdem rei partibus.

Iusculum feruentius non agitatione cochlearis in patinâ (vti faciendum est) sed sufflationis sibilo, & oris flatu in cochleari ori vicino refrigerare.

Ita onerare cochlear re aliquâ, vt non vno tractu, sed per partes illud exhaurias.

Folia, chartam, paleas, & his similia mandere.

Fædum est bibere ante deglutitum totum oris cibum, quod & Clemens Alexandrinus, & S. Bonaventura indecorum putat.

Bibendo sonum quandam edere.

Bibendo aliò circumspicere; forbere iusculum, non ex cochleari per vices, sed sine illo ex scutellâ.

Bibere è scypho, vel vitro ita repleto, vt loco vix moueri possit sine effusione.

Dentes in aliorum equalium conspectu dentiscalpio mundare.

Os implere cibo copioso vsque ad eò, vt tubam inflanti sit simile.

Os orbem versus & cibum, nimium inclinare.

Spuere vel excreare sæpè inter edendum, & terram aliorum conspectu expositam his foribus fædere, nec pede obterere. Quod & S. Dorotheus improbandum duxit: *Quod si, inquit, te iustus, vel pius, cum ad mensam sedes, inuasit, verte faciem tuam retrosum, & expue modestè.*

Ructus necessarios, qui impediti non possunt, cum strepitu & vehementia quadam, præsertim post comestum raphanum (si tamen strophiolo os benè munias, & sic eructes sine retro



odore aliis molesto, illud eructabis ossa, spinas, aliaque eicienda ex ore immediate in orbem eicere, quod factum est, sed in sinistra, vel dextra manus volam talia sunt ex ore demittenda & manu deinde reponenda in orbe.

208. Auidē comedere & bibere, cum effusione quadam affectus, & faciei ad cibos, sine dominio & moderatione famis & sitis: cibos male conditos, ut amaros, nimium salos, vel acidos respuere; sic etiam potum palato tuo non attridentem.

209. *Oscitando, manu non tegere os diductum.* Inter *oscitandum, spiritum & os comprime*, inquit S. Dorotheus. Oscitare cum sono quodam & specie suspirij, præsertim aliis orantibus, valde indecorū est. Hinc apud Romanos, qui in Censorum auditorio sonore nimis oscitasset, penam incurrebat Censoriam, teste Gellio, & quidem grauem.

210. *Cum ridendum est, inquit S. Dorotheus, Cave, ne in tuo risu exerat dentes.* Tristitiam, inquit S. Bernardus, maxime in Conuentu dissimula, quandam in facie hilaritatem prætende.

211. Nihil hic dicam de bono linguæ vsu, quoad materiam sermonum, ne scilicet linguâ vtantur ad sermones cum peccato coniunctos. Horum enim tractatio non ad curam minimorum pertinet, sed ad rerum maioris momenti, quam sint minima, quæ sola hic commendanda suscepi. Non possum tamen hoc loco non commendare monitum S. Basilij suis datum: *Iusurandum de Fratrum Conuentu prorsus expellitor.* Quamuis enim non sit omne iuramentum à Christo Domino prohibitum, etsi contrarium sæpè inculcet S. Chrysostomus in suis ad populum Antiochenum homiliis, tamen mihi ad illud magna necessitas vel vtilitas non dubia cogat, satis sit iuxta Christi præscriptum, tantum dicere: *Est, est, non non.* Bonus quoque linguæ vsus erit, si duo alia eiusdem S. Basilij monita seruentur: 1. in fine sermonis illius datum, nimirum, si peccata quouis die commissa in conscientia examine (quod ibi, antequam eatur cubitum, facere iubet) inuenta, audientibus omnibus enuncientur, ut per communem orationem sanentur morbi illius.

212. Deinde præclarum & illud eiusdem est monitum sequenti sermone traditum: *Sermo futilis exterminator; susurrationses verò, atque in aurem locutiones, & quæ per nutus fieri solent, significationes, hæc omnia à Fratrum Conuentu longissime submoventur.* Nam & detractionis, suspitionem habet susurratio. Et quæ nutu fit significatio, ea fratri indicio est, malitiosum aliquem dolum in re obscure latere. Et ex huiusmodi rebus odia, suspitionesque nascuntur.

213. Denique iuxta doctrinam S. Ambrosij, *Accedat suauis sermo, ut conciliet sibi affectum audientium, gratumque, se vel familiaribus, vel cuiuslibet, vel si fieri potest, omnibus præbeat.*

214. Et, ut monet S. Bernardus, *Sermo tibi in tempo-*

re sit, aut seruus, aut nullus. Et infra: *Verba tua sint vera, vera, ponderosa, & de Deo.*

Et S. Basilius monet: *Nihil anxie, aut curiosius perconere de hominum huius sæculi vita: nihil enim tibi hinc emolumenti, accreuerit, ait siquidem David. Ut non loquatur os meum opera hominum. Quisquis enim non libenter ea doblacera, quæ à peccatoribus designantur, is illicitum voluptatum, quæ quadamenu conspiciunt, aduersum se redaccendit incentiu, & infligat. Quin age, potius, in vitam iustorum studio propensiore inquire: hinc enim internansci quieris, quod tuæ ipsius instituenda vita non vulgariter profici-*

form. hon. vit. col. 3. 216. 216. 217. 217. ad. 218. 218. 219. 219. 220. 220. 221. 221. 221. 222. 222. 223. 223. 224. 224.

CAPVT DVODECIMVM.

De vsu manuum, digitorum, & brachiorum.

INter alia humani corporis membra, circa liquorum compositionem, & moderationem, versatur virtus modestiæ, vt docet S. Thomas, non postremum est manus, appellata ab Aristotele, & Galeo, *Instrumentum ante instrumenta.* Ideo bene ea vtendum est.

Manus mentum non sustentet, monet Clemens Alexandrinus: *Illiberale enim est, & indecorum, se ipsum non ferre, idque datur vitio adolescenti.*

Stoici, teste Clemente Alexandrino, ne digitorum quidem temere mouere permiserunt Sapienti.

Valde indecens habetur à bene moratis & honestis hominibus, aliis cernentibus digitos naribus inserere, indeque sordes extrahere, vel iis dentes mundare, & carniū reliquias intra dentes relictas venari (hoc enim statim à comestione, strophiole occultatis digitis, & citò, si opus sit, perficiendum est.

Digitos iuſculo aliaue re ad mensam inficere, quod tanquam à ratione alienum improbat Clemens Alexandrinus, & S. Bonauentura ex Hugone Victorino, & quod sædius, non linteo orbi supposito, sed lambendo & lingendo mundare, more canum: digitos ita colorato iuſculo inficere, vt ad eos extergendos opus sit ferè totum linteolum vnâ vice commaculare, & aliis, pro diebus sequentibus, ita conspurcatum relinquare, ideò digiti nunquam iuſculo immergendi, iſque sine furcinulis, vel cultro, aut modico pane nihil tangendum, quod valde maculare possit.

Scyphos, vel vitra, cantharos è mensis auferres, digitis intra illos impositis, & non auferre potius per fundum ab exteriori parte apprehensum.

Poculum, vel vitrum, vel scyphum pro potu destinatum, orificium versus, illasque partes, quæ ori (dum potus bibitur) inseruntur, contingere, & contrætere.

Fricare caput, aliasque partes inter comedendum, bibendumque, vt & alio tempore aliis spectantibus.



215. Scribit Plutarchus Pompeium habitum esse effeminatum, quod vno digito scalperet caput. et si procul abfuerit a mollicie, & lasciuia.

216. Turpe est etiam vngues non præcisos habere.

217. Manus sordidas ostentare, ad arcendum frigus, vel citra frigus in sinu, aut intra vestem infra cingulum reconditas tenere. Magnus, inquit B. Iſaias, ne intro ferantur. S. Bonauentura ait: Manus in sinu tenere irreligiosum est. quanto magis infra cingulum, intra vestem à lateribus prope lumbos. Honesta Matrona, etiam non abditas, sed patulas infra cingulum & ventrem eas habere pendulas erubescunt. Inter incedendum brachia demissa agitare instar seminantis, est contra nonam nostram Regulam modestia. Quà de re S. Bonauentura, Ne inquit, brachii venientes, nec aliter more Secularium incompósito ingressu, incedas. Et in Regulis nostris antiquis, priuà vice impressis, ea Règula ex textu Hispanico S. Ignatij sic fuit Latine reddita: Manus abſtineat non solum à gestulatione, verum etiam ab omni, haud necessarià agitatione, motione. Seneca Argumentum, dicit, morum ex minimis licet capere. Impudicum, & incestus ostendit, & manus mota. Demetrius Phalereus hoc ait esse signum insanæ mentis. Et Cicero alicubi obſeruat, Romanorum morem fuisse, ita vestes aptare, vt ad eas, ne diffuissent, continendas, manus, & brachia, huc atque illic iactari non possent. Et Ammianus de Perſis scribens, Aded, ait dissoluti sunt, & artuum laxitate, vagos, incestu iactantes se, vt effeminatos existimes, cum sint acerrimi bellatores. Quintilianus inter gestus Manlij Suetri immodestos numerat, quod manus iactaret. Et S. Thomas ait; Specialiter reprimendos esse pueros, ne appareat in eis superbia in gestu, vel colli extensione, vel brachiorum ventilatione, vel humerorum gestulatione vel tibiarum extensione, De Phocione Plutarchus in Vita illius: Neque videntem neque plorantem quisquam Atheniensem temere Phocionem vidit; neque in balneo publico lauantes, vt tradit Duris, neque extra pallium, cum amictus esset, manum eius exercant.

219. Indecens est mensam accumbendo totas vlnas protendere; & mensam cubitis impositis inniti. Quod & S. Bonauentura, & S. Vincentius ventant.

220. In colloquio frequentes gestulationes, digitis & manu more concionantis edere; post dentes indecenter fricatos, vel vellicatos, digitos ad experimentum odoris dentium, vel materij dentibus adherentis naribus admouere, fricare partes corporis recedias, aliis cernitibus.

221. Extremitates zonæ, vel Rosarij globulos, aut aliud quippiam, manu in orbem agitare, chartâ, tenerum corticem, folia recentia arborum plicare, aut explere, vno verbo, quiduis eiusmodi profusus non necessarium manibus moliri.

222. Furcinnâ, vel cultro, characteres & similia,

præsertim ad mensam, sculpere, & orbis præscindere, vel mensam, vel aliud quippiam.

Inter sedendum brachiis instar iacentium, cui exiguo respectu assidentium, præsertim Maiorû & Seniorum, inniti, pectore nimium inclinato.

233. Digtos alterâ manu apprehensos sigillatim extendere, ad quandam, qui tali attractione excitatur, sonum edendum.

234. Corâ aliis, vel in loco solitario, instar applaudentis, volâ volam manus quaterere: manus retro actas à tergo tenere inter standum, vel deambulandum.

235. Sinistrâ manu potum ori infundere: quod sanè nosſter P. Claudius Aquauia, cum in Seminario Rom. à quodam adolescente factum vidisset, omnes postea moneri iussit, vt ab hac re tanquam ab honestis moribus discrepate & indecorâ, caueret. Quod antè obseruauerat S. Basilij: Ad mensam, vbi sederis, caue ne sinistra manus indecorè se gerat, aut dextra partes (quæ sunt in potu suppeditando) imprudenter vsurpet.

236. Turpe est digitis tundere, vel quaterere aliquid, more tympanizantium, vel organatorum.

237. Sanè B. Iſaias Abbas monuit: Cum ambulat, manus ad zonam inter se coniunctas componat, neque illas concutiat. Et S. Bonau. etiam eos reprehendit, qui sine agitatione manuum iis pendentibus ambulat. Item eos ait detrahere decencia, qui manu armatâ, cultellum habente, cibum ori ministrant. Rusticorum is mos est in quibusdam prouincijs Septentrionalibus.

238. His adiungendum videtur monitû S. Basilij, momentis librariû totâ epistolâ, vt rectè scriberet, versus rectos duceret, neque sursum manus, neque infra ferretur ad præcepta. Idque fuscè, & non sine verborum aculeis ei inculcat. Causas huius diligentis, & similitû atuli in Opusculo de Negor. caelesti.

239. Ad hoc reuocanda sunt documenta à Dorotheo data quoad vsuum manuum: Moderatè, & quietè, & sine strepitu aperi, & clude ostia cellæ, vel tuæ, vel Fratris tui.

240. Huc spectat tactus alienarum manuum à Sanctis vetitus, & ab Angelo per S. Pachomiû, qui etiam lauare alterum, vel vngere, vel tódere noluit, sine Maiorum imperio, & super nudû dorsum asini, vt supra temonem, cum altero sedere.

241. Clemens Alex. vetat inniti cubitis, & in medio pluriû sedendo, ante ipsos manum porrigere ad parietem, sed non nisi aliquanto post. &c. Iam verd qui dentes scalpunt, & vlcera cruentant, tum sibi ipsis molesti sunt, tum iniuri proximi. Porro autem aurium quoque fricationes & sternutamentorû irrationes, sunt silli pruritus & fricationes. Sit autè colli conuersio, ac motus honestus & decorus, & manuum quoq; in loquendo gestus.

242. CAPVT DECIMVMTERTIVM.

243. De incessu & vsu pedum.

244. PRæter ea, quæ dicta sunt c. 7. de Castitate, de cauendo effeminato quodâ, & delicatulo incessu minus virili, hæc quoq; fugienda sunt.

233.  
234.  
235.  
236.  
Ser. asc. de renūciat.  
237.  
238. Or. 3. ad frat. iun. Spec. difc. p. 3. cap. 6. Ibid. p. 1. p. 3. c. 4.  
239.  
240. epist. 180.  
241. Ser. 20.  
242. Reg. 52. 53. 54. 59.  
243.  
244. l. 2. p. ad. cap. 7.



245. Reg. 10. mod. 1. 1. p. 11. cap. 11. Epist. 1. ad Theolog. Eccli. 19. 27. 246. l. 1. Offic. cap. 18. 247. Or. 12. l. 1. offic. cap. 18. cap. 10. foth. hou. vit. col. 1. 248. l. 1. epist. 244. 249. l. 1. p. ad. cap. 7. Serm. de sbdic. Plut. de audien. Laert.

Inprimis festinatio in incessu fugienda est, & vetita à S. Ignatio, & à SS. damnata. A deambulatione, inquit Clemens Alexandrinus, nobis procul amandandus furiosus incessus, sed honestus & lentus nobis est eligendus, non autem nimis tardus. Et mox: Neque in motu, neque in habitu, inueniatur vnquam magnis animi & excelsi decus. Et S. Basilius ait, Sculticia signum procedere cum, qui incitatis gressibus incedit. Et Spiritus Sanctus inde cognosci posse ait hominem: Quare mirum non est S. Ambrosium dixisse: Habitus mentis, in corporis statu cernitur. Hinc homo cordis nostri absconditus, aut leuior, aut iactantior, aut turbidior, aut contra grauior, & constantior, & purior, & maturior asinatur. Itaque vox quadam est animi, corporis motus. Ex cuiusuis celeriore incessu, in duobus agnito, prauidisse se ibi scribit, vtrumque ab Ecclesia recessurum, vti contigit. Et Cicero monet. Ne in festinationibus suscipiamus nimias celeritates. D. Chrysostomus inuictus contra Alexandrinorum immodestiam, notat impudentiam in incessu, cum quis festinante graditur, & loquitur inter eundem. Quia de re audiamus S. Ambrosium loco citato sic inuidentem: Sum, inquit, qui sensim ambulando imitantur histrionicos gestus, & quasi quadam sercula pomparum & statuarum motus nutantiam, vt quoriscunq; gradium transferunt, modulos quosdam seruare videntur. Nec cursum ambulare honestum arbitror, nisi tunc causa exigat alicuius periculi, vel iusta necessitas. Si causa desit festinationis necessaria, & nauis est iusta offensionis. Est etiam gressus probabilis, in quo sit species auctoritatis, grauitatisq; pondus, tranquillitatis vestigijs, & tamen si studium desit, atque affectatio, sed motus sit purus ac simplex. Nihil enim suatum placet. Naturam naturae informet. Si quid in natura vitij est, industria emendet, vt ars desit, non desit correctio. Et: Decet nos modum tenere in omnibus, vt nullum vitium esse in moribus vel tacitus vultus vel sermo annuntiet. Et S. Bernardus: Si in incessu tuus maturitate plenus grauis, & honestus, videlicet non fractis genibus ambules, aut scapulas dextrorsum, aut sinistrorsum vergendo, non erecta ceruice, non prominente petiore, seu etiam inclinato capite super humerum: qua omnia aut elationem ostendant, aut hypocrisis sapiunt. Et S. Ildorus Pelusiota Zosimum Presbyterum sic inerepat: Quid supercilium efferret, ceruicemq; attolleret, atque extremis vnguib; incederet, ac per aërem ambulare videretur: denique per omnia corporis membra imperitiam suam, & arietiam conspicua reddet. Sedentes, inquit Clemens Alexand. ne pedes saepe permurent, nec alterum femur alteri superponant. Quod etiam damnat S. Basilius: Si sedens alteri pedi crus commiseris. Plutarchus admonuit, indecentem videri crurum commutationem in sedendo. Crurum quoque frequens motio & agitatio indecota visa est antiquis, & in Chrysippo in conuiuio improbata. Ne errora succedendo nimium diducas, & dilates instar graui incedentium, leniter terram calces, ne

ad incessum tuum parietes remant, aliusque strepitus à vicinis audiat, sed potius (citra affectationem tamen) ita progrediatis, vt vix, aut ne vix quidem percipiant vicini, praesertim si per gradus aliquos incedendum sit. Calceos semper attollas, dum incedis, ne illorum soleas videaris velle atterere, eos serpentium instar protrudendo, non eleuando. Indecens est Nostris hominibus, pallio indutis per urbem incedere, manu vnâ, vel, quod peius est, vtraque extra pallium exposita: & turpius adhuc, si ea instar seminantis, siue intra pallium, siue extra illud, huc illucque agitur. Item si aliqua pallij fimbria (supra humerum projecta) gestetur. Item si infra vnam, & brachium, pars aliqua pallij portetur, toto brachio, & manu exposita transeuntium oculis, pallio non vndeque recta. Sanè S. P. N. Ignacius (quem imitatis sunt omnes antiqui Patres) domo progrediens palliatus, ita prodibat, vt ne quidem digiti manuum eius ab occurrentibus possent videri, antequam operteret dextram manum exere, ad honorandum aliquem capitis apertione. Ideo partem pallij dextram sub brachio sinistro retentam premebat, sinistram verò pallij partem manu sinistra ad dextrum latus bene protensam, ita retinebat, ne etiam vllus digitus sinistrae manus cerni potuerit ab occurrentibus. Cùm prope angulum aliquem exteriorem cubiculi, ad aliam viam ad latus aliquod deflectenda est tua progressio, intra angulum illum, & corpus tuum tantum relinque liberi spatij, quantum satis esset alteri, pondus aliquod gestanti, ad transeundum inter te, & angulum illum, aliqui ni id feceris, saepe inuolabis, & impinges in alterum ex aduerso procedentem, maximè si gressu concitatore, alter vestrum progrediatur. Si in progressu aduerteris ab inurbano aliquo, & sordido, facto oris excremento terram infectam, vel gradus, ex pio munditiae affectu, & facto quodam cultu domicilij Religiosi, pede illud obtere, ne deinceps appareat alijs, & nauseam pariat Deo dicatis animabus. Credo mihi, si eo, quo dixi, animo id feceris, accipies amplio rem, quàm alicui videatur à Domino mercedem, etiam in hac vita. Disce in omni occasione etiam leuissimâ exhilarare cor Domini tui, videntis omnia acutissimè, & nihil sancto factum sine, sine caelesti praemio relinquentis: non minùs enim, quàm nos facere velit, diligit ipse decorem domus sue. Idem de alijs faditibus in domo eius, quantum licet, impediendis, & tollendis, dictum puta tibi que faciendum, propter eius reuerentiam, qui vbique adest intimè, & omnia sacrosancta sua substantiâ contingit: deoq; nõ deditus

250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259. 260. 261. 262. 263. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 288. 289. 290. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 297. 298. 299. 300. 301. 302. 303. 304. 305. 306. 307. 308. 309. 310. 311. 312. 313. 314. 315. 316. 317. 318. 319. 320. 321. 322. 323. 324. 325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 333. 334. 335. 336. 337. 338. 339. 340. 341. 342. 343. 344. 345. 346. 347. 348. 349. 350. 351. 352. 353. 354. 355. 356. 357. 358. 359. 360. 361. 362. 363. 364. 365. 366. 367. 368. 369. 370. 371. 372. 373. 374. 375. 376. 377. 378. 379. 380. 381. 382. 383. 384. 385. 386. 387. 388. 389. 390. 391. 392. 393. 394. 395. 396. 397. 398. 399. 400. 401. 402. 403. 404. 405. 406. 407. 408. 409. 410. 411. 412. 413. 414. 415. 416. 417. 418. 419. 420. 421. 422. 423. 424. 425. 426. 427. 428. 429. 430. 431. 432. 433. 434. 435. 436. 437. 438. 439. 440. 441. 442. 443. 444. 445. 446. 447. 448. 449. 450. 451. 452. 453. 454. 455. 456. 457. 458. 459. 460. 461. 462. 463. 464. 465. 466. 467. 468. 469. 470. 471. 472. 473. 474. 475. 476. 477. 478. 479. 480. 481. 482. 483. 484. 485. 486. 487. 488. 489. 490. 491. 492. 493. 494. 495. 496. 497. 498. 499. 500.

gnatus est ipse docere, & Spiritu Sancto suo reuelatum in SS. Literis relinquere modum, quo olim Iudæos uti voluit in secretiore recessu.

233. Flecte si potes, supra terram, non supra scabellum, dum oras.

234. In Triclinio ad benedictionem & gratiarum actionem ne stando mensæ innotaris.

235. Ascendendo scalas (nisi aliud debilitas, vel alitudo graduum exigat) non iuues te apprehensione funis, vel ligni lateralis muro affixi.

236. In itinere baculo non utaris, nisi verâ necessitate adactus. Non sine causâ Christus vertit Discipulis in viâ ferre virgam, seu baculum.

237. Noli inquit S. Dorotheus, unquam superbo aut protaci fastu incedere, vel studiose aut molliter. Cum ambulas, in viâ noli eos, qui maiores te sunt natu, vel dignitate, auerere. Quod si tuum erit præcedere, præstolare parum per socum, neque velis multum præcedere. Quicumque enim aliter fecerit, insipiens & impudens reputabitur, ac porco similis exlegi. Ne facile pastus, & ante quemlibet sedes nisi compulsus.

238. Claudam hoc Caput monito S.P.N. Ignatij dato cuidam nostro, quem cum vidisset domo exiitum, ad portam Romani Collegij accessisse pallium complicatum in vno humero gestantem, redire iussit ad cubiculum, ibique illud expansum induere, & sic inde prodire, iuxta præscriptum Regule vetantis quemquam prodire in publicum non decenter vestitum. Hoc P. Eleuterius Pontanus S. Ignatij discipulus, testis oculatus narrat P. Iohanni Deckerio, is P. Martino Santino, & hic mihi.

CAPVT SECVNDVM.

De visu oculorum.

Præclarum de oculis scriptum reliquit Eusebius Emesenus: Quam facile potest in puncto temporis euagari velocitas oculi, tam sollicitè præcauenda est irruentis noxa delicti. Cum enim, ut ait Quintilianus, Vitius nostris per oculos via sit, & ut ipse Deus dixit S. Catharinæ Senensi, Nullum sit in homine membrum, quod ita cordi satisfaciat, atque respondeat, uti oculus. Ideo dæmon, teste S. Cypriano & quotidianâ experientiâ, Offert oculis formas illices, & faciles voluptates, ut visu destruat castitatem. Curcausam dat S. Gregorius Nazianzenus, quia oculos cor nefariè sequi solet. Et hanc fortè ob causam Plinius dixit: Animum in oculis habitare. Et S. Chrysostomus oculos appellat, Membrum animi. Vnde non est opus longo itinere, ut animus feratur in obiecta ad peccatum allicientia, sed satis est, ut ea oculis sese repræsentent. Ideo conqueritur S. Augustinus: Per quales formas ire solebant oculi mei, per tales imagines ibat & cor meum. Habenda ergo est magna custodia oculorum: quia melius est labi pedibus, quam

oculis, inquit Clemens Alexandrinus. Noster Didacus de Celada appellat meritò vagum oculû, merum virtutis periculum, virginitatis fascino, libidinis minas, venenum castitatis, voluptatis illecebras gehenna scintillas, pietatis funus, & sepulchrum sanctitatis. Si autem oculi custodiantur benè & oculatè, meritò S. Gregorius Nazianzenus oculum sic custoditum appellat, Præclarum Dei munus. Quod fuisse curæ omnibus Sanctis, nimis notum est. Sed & meliores Ethnicos hac in re excellisse magis mirum. Hinc de Homero, quem cæcum nominabant, scribit Illustrius: Quod nunquam victus superatusq; fueris à libidine, quæ per oculos irrepit. Ne ergo & nos superemur, hæc seruanda sunt, si volumus, ut loquitur Abbas Isaac apud Cassianum, Ne ignis alienus vras suauolentes soscipulos castitatis.

Primò, non sunt aspiciendæ res fædæ, ut imagines & ea, quæ in imaginibus representantur à pictoribus, & Scriptoribus: Est enim, ut ait S. Hilarius, illecebrosa visus transiuntis affectio. Et, ut præmonuit S. Augustinus, Prima adulterij, oculorum tela sunt, secunda verborum. Tales imagines, sunt quædam diaboli retia, ad capiendos incautos expansa. Nam, ut ait S. Ambrosius, Voluptas ludensibus iaculatur veris palpebris, quibus pretiosas iuuenum animas capit, oculis prima tentamenta præludens. Ideo S. Chrysologus dum inuehitur in authores talium imaginum, ait; Eos formare adulteria in simulacris, fornicationes in imaginibus mandare, titulare incesta pietatis. Hanc ob causam in Trullanâ Synodo, ex mente Ecclesiæ, tales picturæ vetitæ sunt. Quin & Ethnici, teste Aristotele, vetuerant, Ne vlla imago, aut pictura esset, quæ libidinis imitationem contineret.

Secundò, Fugiendus est aspectus omnis feminatarum, qui in facies earum figuratur. Præmonuit hoc Spiritus sanctus: Virginem ne conspicias, ne forte scandalizeris in decore illius. Amor enim, ut scribit S. Isidorus Pelusiota, ex aspectu oritur: idcirco Christus quoque eum, qui petulantè atque impudicè oculos pascit, adulterum esse pronunciauit; quò videlicet non facinus duntaxat, sed etiam cogitationem prohiberet. Nam, ut ait B. Macarius, Facies mulieris sagitta est truculenta, insiguit vulnus in animam. Ideo Antiochus, Aspectum mulieris vocat telum veneno lethali infectum. Et S. Basilius ait, Feminam, ut magnetem in ferrum, sic à naturâ vim inexplicabilem aduersus mares accepisse, quæ illiciant ad communionem voluptatis. Idque non tantum feminæ impudicæ, & vulgares, sed etiam piæ. Vnde S. Chrysostomus, Animum, inquit, ferit, & commouet, non impudica tantum, sed pudica quoque mulieris oculus. Quocirca Clemens Alexandrinus ab omnibus prorsus feminis aspiciendis retrahit: Videtur, inquit, super omnia esse auersandus mulierum aspectus: non solum enim si tangantur, sed etiam si spectentur,

Genitur peccari potest. Est enim fieri potest, ut qui videtur se fortiter gerat, verumtamen ne cadat cavendum est: fieri enim potest, ut qui videri labatur: sed fieri non potest, ut qui non videri (scilicet inquam) concupiscat. Ut enim habet S. Ambrosius, Scelus criminum stimulus libido est, qua nunquam manere quietum patitur affectum; nocte seruet, die anhelat, de somno excitat, à negotio abducit, à ratione reuocat, aufert consilium, patiendo inflammat, vsuq; accenditur. Ideo, ut scribit S. Cyprianus, Malum omne facilius vincitur, quam voluptas, quia illud quicquid est, horridum est, hoc, blandum est. O quantis concupiscentiarum sagittis inquit B. Laurentius Iustinianus, ex inordinato oculorum aspectu imprudens transigitur cor. lit. cap. 7. Transmittunt vique effrenati intuitus ad animam corporearum formarum rerum, atque concupiscentiarum qualitarum imagines, suaque importunitate internam diuidunt unitatem, sanctos dissipant cogitatus, animi rigorem debilitant. &c. Vidit homo secundum cor Dei mulierem, atque immodico exardescens amore, voluptatis passione prostratus, homicidium pariter, & adulterium perpetrare non timuit.

cap. 19. 271. Simile expertus est Elias Abbas, in Prato Spirituali. Non fuissent autem prolapsi in grauiora si à parua curiositate visus abstinuissent. Verissimum enim est illud, quod scribit S. Gregorius Nazianzenus, instruens Virginem Deo dicatam: *Qui parua obuius ibit, is nunquam praeceps scelerum in grauiora feretur.*

272. Natura enim comparatum est, inquit S. Ildorus Peluliotas, ut maxima peccata ex minoribus ac lenioribus ortum trahant. Ideo S. Iob, ut obseruauit S. Chrysostomus, diabolus videns accedentem, non fugit, sed mansit, sicut leo viribus fidens; virgine autem visa non stetit, neque moratus in concuenda pulchritudine, sed statim secessit. Sciebat enim periculosiora esse certamina, quae femina per oculos, quam quae diabolus, per omnes, quibus valet artes, instruit. Hanc ob causam S. Simeon Stylita Antiochenus, ut scribit S. Gregorius Turonensis, Nullam unquam mulierem post conversionem oculis intentis aspexit; postquam vero columna editiori se sanctitate seruens immerxit, non modo extranea mulieri, verum etiam nec propriae matri se videndum permisit. De B. Rugerio Franciscano scribitur hoc ipsum: cumque Confessarius eius, cui perspecta erat vite eius puritas, quaereret, cur ita fugeret aspectum feminarum, cum illum minime timere posset, quippe dono puritatis munitus à Deo, respondit: Dum homo facit, quod in se est, Deum quoque facere, quod in ipso est, & hominem custodire à lapsu: sed dum homo permittit naturam ferri liberè in ea, ad quae propendet, tunc Deum permittere, ut homo sufficienti auxilio tantum limitato adiutus, cadat facile. Hoc ipsum de S. Francisco scribit S. Bonauentura: Siquidem ipse aded auerterat oculos suos, ne huiusmodi vanitatem videret, quod (sicut aliquando Socio dixit) quasi nullam cognoscebat in facie: Non enim scitum putabat, earum formarum aut oros

haurire imagines, quae possunt aut indomita carnis excitare igniculum, aut pudicae mentis maculare nitorem. Hanc ob causam S. Hugo Episcopus Gratianopolitanus, ut scribit in eius vita Gajdus Carthusianus, quamuis esset castissimus, & omnino liber à tentationibus carnis, tamen per 50. annos, quibus Episcopatu praefuit, nullam unquam feminam aspiceret voluit; idque dicebat esse necessarium, eo quod cor à malis cogitationibus custodiri non posset, sine magna custodia oculorum. S. Ludovicus Episcopus Tolosanus, colloquia feminarum prorsus abhorrebat, praecipue secreta, auerfabatur aspectus: absque probro teste, & arbitro, solus non loquebatur vlli mulieri, nisi forsas matri aut sororibus. In testimonium illius illibatae pudicitiae vna in illius cubiculo cum illo dormiebant duo Fratres Minores, interdum plures. Cauebat omnes suspiciones, quicquid probabiliter fugi poterat, ante ne fingeretur deuitans. Vnde mirum non est S. Dominicum, magnum castitatis amatorem, grauissimè puniuisse quandam Fratrem Laicum, seu, ut scribit S. Antoninus, Fortiter disciplinasse, & vsque ad liuorem verberum, dum Deo reuelante cognouisset, vocatum esse ab eo quandam Sacerdotem, ut audiret in templo Confessionem vnus pulchrae mulieris, indignum in Religioso ratus, tam curiosum aspectum mulieris, & formae illius. Ideo Nostri Sancti P. Bernardin. Realinus, & P. Ludovicus de Ponte, & Coadiutor Alphonus Rodriguez etiam fuisset per 40. annos Ianitor, nullam de facie nouerat mulierem, ita ab aspectu femineo oculorum intuitum auerterat. Qui quam displicet etiam Sanctis, Dei in caelis beatifico aspectu potitis, apparet ex praeloro monito, quod hic accepit à Beatissima Virgine Maria, quemadmodum narratur in eius vita Hispanica. Cum enim initio sui in Societatem ingressus, inaduerterenter, & nolens, vidisset mulierem, ex alta fenestra prospicientem, idque adeo obiter, ut ne recordaretur quidem huius rei in conscientiae examine antemeridiano; Beatissima Virgo Maria (cuius aspectu frequenter mirabiliter fruebatur) ita eum his verbis admonuit: *Quando is per viam, non attollas magis oculos, quam sis necesse ad videndum, vbi pedem figas, sicut hodie fecisti, quando vidisti mulierem.* Quod Deiparae monitum adeo profundè cordi eius erat insculptum, ut cõuolter per 44. annos, nunquam ab illo vitam vllius mulieris faciem; quemadmodum non semel in eius vita scribitur. Quà de re sic deinde dicebat aliis: Seruus Dei, quando cum mulieribus agunt coacti, demon non tentat, quia si tentaret, quasi admoneret, ut caueant: nihil illi dicit, ut audeant aspiceret, sed postea domi, & in oratione illos tentat, & persequitur. Vnde apparet, quam magna res sit fugere aspectum faciei mulieris, etsi sit soror. S. Ildorus Peluliotas, Omnes quidem, si fieri posset, mulierum carius, atque colloquia defugere oporteret, ut qua ad emolliendum animum vim quandam, ac facultatem habeant.

1. r. de A. bel. c. 1.  
269.  
de bono pudic.  
270.  
de vit. fo. lit. cap. 7.  
cap. 19.  
271.  
cap. 3. ad virg. a. 18.  
272.  
1. 3. ep. 159.  
to. 1. ser. de Ioseph.  
273.  
1 de glor. Confes. num. 26.  
2. par. Chron. l. 4. c. 31.  
e. 5. vit.

c. 14. vitæ  
3. part. hist. tit. 23. c. 1. §. 1.  
274.  
1. c. 18.  
1. 2. vitæ  
cap. 6.  
275.  
1. 1. ep. 39.  
ad Iud. Epil. beati.

beant. Quoniam autem ob necessarios quosdam casus, aut pauperum dispensationes, hoc minime fieri potest, curandum est, ut oculi humi defixi eas alloquamur. Quam plurimum enim, aut etiam iis ferme omnibus, qui seminarum pulchritudine subacti sunt, hoc accidit, ut mors per fenestras ad eos ascenderet, quippe, quae etiam magnum illum Prophetam, ac Regem vicerit, cum ad pefiserum illud balneum oculos coniecit. Et alibi: Multi quamuis amore teneantur seminarum, quas amant, cernere pra pudore minime sustinent. Quod si gloria amor oculum comprimit, atque corporeum amorem superat, multo profectum magis id diuinus timor efficiet &c. Quod si intueri studet, eum per huiusmodi aspectum affectus prodit. Iam si continerent etiam aspectum, nullo incommodo hinc se affici contendat, a lo- bo, viro omni laude praestantiore coarguetur, his verbis vixit: Pepigi sedes cum oculis meis, ut ne cogitarem quidem de virgine. Quod si eum, qui diaboli vires con- cidit, inuorem esse existimet, quam ut secum certare possit hoc ipso quoque nomine dignus fuerit, cui fides abrogetur, cum ait, se, etsi cernere non desinat, nullo ta- men sensu libidinis affici &c. Si Paulus, qui diuinarum gratiarum opes, tanquam in scitili arario circumfere- bat, anxius & sollicitus erat, cum hoc bellum sibi ob oculos poneret, ac dicebat: Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne forte cum aliis predicauero, ipse reprobus efficiar. Si tantus vir carnis rabiem tanquam habens quibusdam cohibebat, vniquisque oculos a mulieribus remouendo, securitatem sibi comparare stu- deat: ne a loqui materia igni admota flammam ex- citet.

276. Hinc S. Andreas Corfinus aded castimonie de- ditus fuit, ut ne matris quidem ac sororum colloquia sine pudore sustineret: aliarum vero mulierum aspectum reuerteret prorsus, aut si necessitas vigeret, non nisi defixis in terram oculis eas alloqueretur: Ob quam seueram oculorum sensuumque omnium custodiam, dum Parisus ageret, Frater cecus, surdus, mutusque, appellabatur. Cum S. Sabas Abbas aduertisset multos comi- tatos esse quandam mulierem, socium suum a do-lescenscentem probare volens ei dixit: Compator mulierem hanc vno oculo carere. Cui cum socius di- xisset, utroque oculo, & quidem eleganti esse praeditam; Ergo ne ait, eam vidisti: discede, nolo talem socium, qui sit tam curiosus. Ita eum a se abegit. Et haec dicta sufficiant de aspectu faeminarum, qualescunq; tandem sint. Nam om- nes, quae innerecondae sunt, ut ait S. Basilus, La- tu oculorum sagittam plane exitialem emittunt: que admodum basiliicum ferunt solo aspectu perimere suos spectatores. Eiusdem libidinis est, inquit Tertullia- nus, videri & videre. Tam Sancti viri est, suffundi, si virginem viderit, quam sancta virginis, si a viro vi- sa sit.

277. Huc spectat, & sine aspectu faeminarum, ni- mia cum iis conuersatio aut incauta. Valde cau- te procedebat hac in re noster P. Balthazar Al- uarez, Ne vnquam solus esset cum femina, & cum aliquam visitabat, nunquam prius sedebat, quam et- iam socio sedes afferretur, & quoniam ipse cum multis

feminis spiritualibus agebat: cum iis dicebat maiorem esse cautelam adhibendam, ad quod spiritualis amor soleat transgredi limites suos, & fieri carnali. Et opti- mum vinum conuerit in fortissimum acetum, quod ta- men non ita aduertitur, donec mutua voluntates ita coniuncta, & agglutinata, ut quamuis illibenter, & cum aliquo doloris sensu, potius a Christo, quam a se inuicem discedant & separentur, ne se contrissent. Iudi- cantes non decere sibi in illo amore, teneroq; affectu deesse, & dum demon accedit, & ignem accendens illos excacat & illaqueat,

Admirabilis fuit hac in re custodia oculorum in B. Clara de Monte Falco, ut scribit in eius vi- ta Baptista Pergilius: Quia tota vita sua nullius masculi faciem aspexit, ided si in aliquem, etiam a da- mesticis & familiaribus, incidisset, eum ex aspectu co- gnoscere non potuisset. Dixit semel, si quis se in fluium proiceret, ne tunc eum se aspecturam. Cum semel ado- ratura Sacram Hostiam, dum eleuaretur, oculos attol- lens, casu & nolens faciem vnius viri vidisset, quamuis nullum id esset peccatum, nec pro peccato ab ea u habe- retur aspectus, videbatur tamen ei valde magna negli- gentia. Non est ergo res haec parui momenti. Quin addit S. Chryostomus: Audiuit multos di- centes, quod etiam multi apud lapides & statuas (for- mosas) aliquid passus sint. Ita plane Pygmaton Cy- prius, & adolescens Cridias, alique apud Cle- mentem Alexandrinum. Quod si tantum valuit dura effigies, quantam operabitur insaniam in effigie pulchri a tenerum corpus?

Verum hoc satis non est ad perfectam cu- stodiam oculorum.

Tertio, ergo magis cauendum est ab aspectu formosarum facierum, siue sint faeminae, siue masculi. Hoc monet Spiritus Sanctus: Ne cir- cumspicias speciem alienam, seu, ut legit S. Chryso- stomus, Ne agnoscas. Non dixit, inquit, ne videas, id enim nonnunquam fit vltro, sed ne cognoscas, illud tol- lens ne studio animaduertamus, ne curiosè intuearis, ne contemplationi immoreris. Fixus enim intuitus, viam ad illicita parat, quae difficile postea oc- cludatur. Nam, ut ait S. Hieronymus, Semel species forma cordis per oculos alligata, vix magni luctaminis manu soluitur. Ideo S. Ammon Abbas, apud S. E- phraem monet: Cauas aspectum hominis, nisi neces- sum sit, ut verè te ipsum obseruans, & in minimis te inueniens, in grauiore molestias non incidat, neque prorsus tentationibus vincaris, & parua non despiciens, paruè succumbas. Sanè pulchrarum facierum af- pectus, tanti momenti est, ut Beatissima Virgo Maria S. Brigittam docuerit, inter res detestan- das etiam hoc esse: Si quis concupiscat videre pul- chras facies. Et Christus Dominus tradens S. Bri- gittae modum gubernandi corporis, ait: Datum esse homini visum tanquam bonum speculatorem, qui discernat inter hostes venientes, & amicos. Tunc au- tem, inquit, veniunt hostes, quando oculi desiderant vi- dere pulchras facies. Pulchritudo enim, inquit S. Li- dorus Pelusiora, robustos etiam homines plerunq; subigit. Talis enim aspectus etiam inter ignotos

2 part. cap. 12.

Ser. con- Concubi- na.

in prott.

279.

Eccli. 9. 8. hom. 3. de verbis. 14.

in cap. 3. Thica.

1.2. Reu. cap. 23.

280.

1.6. Reu. cap. 66.

28m.

1.2. epist. 236.



1.9. eth. cap. 12. lib. 1. de promiff. cap. 12. 282. l. de virg.

l. de cul- ta fam.

l. r. me- morab. in Pla. 50. in tit. Plal. 50.

hom. 3. ad pop.

de idol. cap. 12. 283.

hom. 3. in Ecclef. form.

hon. vit. col. 2. de hon. societ.

284. l. 21 mor. cap. 2.

Gen. 3.

285. Sur. 7. Mar.

accendit periculofum amorem. *Amantibus, inquit Aristoteles, amabilissimum est ipse aspectus. ed quod hinc maxime existit, & oritur amor.* Nam, vt ait S. Prosper, *Aspectus formosorum addo est potens, vt ferrum, virtutemq; molliat.* S. Basilius oculos vocat, *incorporeas manus*, quia iis animus, quae voluerit etiam procul pōsta, attingit. Hinc S. Gregorius Nazianzenus ait: *Oculos attingere, quae nefas est attingere.* Citius autem, & facilius attingunt, dum à formâ, quam intuentur, iuuantur. *Decor enim, naturâ suâ libidinis inuitator est*, inquit Tertullianus. Causam affert S. Basilius: *plerunq; in adolescentium corporibus, tamesi summopere continentia colenda macerare se studeant, nescio, quo modo atati illi naturalis coloris decor quidam efflorescit, in quem qui inspexerint, ij libidinum plerunq; stimulus solent permoueri.* Hinc Cupidines pinguntur sagittarij, quoniam pulchri etiam à longinquo vulnerant, vt apud Xenophontem ait Socrates. Expertus est hoc in se Dauid, qui, vt ait S. Chrysofostomus, *Aperuit in vano oculos, & suscepit sagitta iectum.* De longè vidit eam, inquit S. Augustinus, *in quâ captus est.* Mulier longè, libido prope. *Alibi erat, quod videret, in illo vnde caderet.* Et sic oculis vti, abuti est. Seu, vt loquitur S. Chrysofostomus, *In formosos vultus insilire, vel vt clarius exprimit Tertullianus, Oculum impingere luxuriosè.* Et, vt putat S. Gregorius Nyssenus, *Oculus fornicari.* Ideo monuit S. Bernardus: *Confortia iuuenum (& maxime illorum, qui imberbes sunt) inquantum conuenienter poteris deuota. Nunquam alicui oculum in faciem figas.* Ideo Abbas Macarius dicebat, *Monachos fugere debere de cellâ, si in eâ viderent pueros.* Quae causa esse potest, fortè ea, quam de re simili loquens adfert S. Gregorius Papa: *Prouidendum nobis est, quia intueri non decet, quod non licet concupisci. Vt enim munda mens in cogitatione seruetur à lasciuia voluptatis suae, deprimendi sunt oculi, quasi quidam raptores ad culpam. Neque enim Eva lignum vetitum contigisset, nisi hoc prius incaute conspexisset. Scriptam quippe est, vidit mulier, quod bonum esset lignum ad vescendum, & pulchrum oculis, aspectuq; delectabile, & tulit de fructu illius, & comedit.* Hinc ergo pensandum est, quanto debeamus moderamine erga illicita visum restringere, nos qui mortaliter viuimus, si & Mater viuentium per oculos ad mortem venit. Vnde nobis ad custodiendam cordis munditiam, exteriorum quoque sensuum disciplina seruanda est. Nam quantalibet virtute mens polleat, quantalibet granitate vigeat, carnales tamen sensus puerile quippiam exterius perserpunt, & nisi interioris granitatis pondere, & quasi iuuenili quodam vigore resistentur ad fluxa quadam & leuia mentem enernem trahunt. Ideo S. Thomas, vt scribitur in eius vitâ, quamuis diuinitas ab omni sensu impuritatis liberatus esset, & certus redhitas, se vixine integritatis gemmam ad mortem seruaturus illam, tamen ita oculos ab aspectu formosorum vultuum auertebat, sicut alij fugere solent viperas, vel scorpiones. *Aspectus enim*

*mulieris, inquit S. Antiochus, Telum est veneno lethali illitum, & quod sicut telum abfentes ferit, quanto magis praesentibus enim magis nocet, quam abfentibus.* Nam vt ait S. Chrysofostomus, *vt ignis, vbi sanum arripuerit, nihil moratur, sed simul vt atigit materiam, accendit flammam; itidem & ignis concupiscentia, simul atque per oculorum intuitum elegantem attingit formam, proinus exurit animum.* Hanc ob causam, vt scribit Tertullianus, Apolog. Democritus Philosophus oculos sibi eruit, vt cont. get. cap. 45. sibi eriperet occasionem cor aspectu formosorum personarum perturbandi. Sciebat enim multos hac ratione virtutis iacturam fecisse. Testis est huius rei Ouidius:

*Tunc ego te vidi, tunc capi scire quid esses; Illa fuit mentis prima ruina mea.*  
 Vnde & S. Chrysofostomus ait: *multo satius esset caecos, aut aliter egrotos esse, quam oculis turpiter abuti.* Ideo S. Gregorius Nazianzenus etiam fortuitum aspectum formosorum personarum vetat. *Came, inquit, ne te pulchra, atque eximia forma cupiditas superet, ac ne ad leuem quidem, si fieri potest, fortuitumq; aspectum palpebra te transuersum agant.* Periculotior est enim formosorum facierum aspectus, quam praesentia ignis. *Ignis, inquit Xenophon, tangentes propeq; astantes vrit, pulchri & formosi non item: procul enim astantes inflammant.* Testis est vxor Putipharis, Dauidque, et si vit se-7. cundum cor Dei, Senes Sufannae accusatores, 2. Reg. 11. & tot alij, qui formae aspectu, ad tanta, quae scimus, scelera sunt prolapsi. Hanc ob causam & Alexander Magnus de faemina quadam formosa captâ monitus, suis licet iudicibus, eam videre noluit, sed sponso restituit, vt scribunt Frontinus, & Vegetius, & laudat S. Basilius. Et cum Darij victi vxorem pulcherrimam videre voluisset, sic ad Parmenionem scripsit: *Ego non solum non vidisse inueniar Darij vxorem, aut videre cogitasse, sed nec verba facientes de eius formâ audire sustinuisse.* Similem ob causam Rex Cyrus Contigem Abradate Suforum Regis, à suis captam, & ob formae elegantiam commendatam intueri noluit, vt est apud Xenophontem, & Rhodiginum. Sic & Scipio Africanus expugnatâ Carthagine, cum multas formosas audisset reperiri mulieres, neminem ad suum duci conspectum permisit, vt scribit Eutropius, & Plinius. Causam adfert Lucius Florus: *Ne quid de ris illust. virginitatis integritate delibasse, saltem oculis videre.* Hinc Pericles Praetor Atheniensium Collegam suum Sophoclem corripuit, quod praetereuntem puerum formosum intuirus esset, & formam eius laudasset. *Decet, inquit, & Sophocles, Praetorem non solas manus, sed etiam oculos continentes habere.* Et Rex Antiochus tertius, conspectâ Ephesi in sua Vrbe Dianæ Sacerdote formosâ, continuo illinc soluit, veritas, ne aspectu paulatim audacior, ed impelleretur, vnde captus non rediret. Vt post alios obseruauit Iustus Lipsius. Merito ita cauti fuere. Nam, vt Propertius ait, l. 1. eleg. 5.

286. hom. 17. 287. hom. 3. de verbis II. Apolog. cont. get. cap. 45. ep. Mede. ad Ialon. h. 7. 4. in Matth. or. in no. Domia. 289. Dan. 13. 16. Fro. 12. 17. itat. c. 19. Ve. l. 2. de conc. A. lexand. Bas. h. 2. 4. de leg. lib. gent. 1. 5. de p. da. Cyr. & l. 13. c. 33. Eur. lib. 3. cap. 5. Pl. de vi. cap. 19. Fl. l. a. c. 6. 290. 1. 2. Polit. c. 16. n. 3. l. 1. eleg. 5. Oculi

Oculi sunt in amore duces. Et, vt loquitur S. Basiliius, *Sunt tanquam pronubi eius, cuius tactus minister est.* Est enim, vt Spiritus sanctus scriptum reliquit, *In sana eorum concupiscentia.* Vt mirum non sit, eos moriente homine, primò interire, vt ait Plinius, vt quanticus telis diaboli subducantur. Socrates quoque, vt scribit Xenophon, *pulchrorum oscula & obtutus vitare penitus iubebat, vt pote que peius & scorpionibus & phalangis venenum infundant.* Si ergo, vt vtar verbis Antiochi Abbatibus, non tantum Sancti de custodia oculorum, sed suo assueuerant testimonio à fide exortiri, & à saluari vitione altem; quid nos non conueniat pra illis tanta efficere. qui Christi esse possessio discipuli sumus? Defendendi ergo sunt oculi, & à telis, hostili formæ specie inuolutis. Nec credant, præsertim iuuenes, se ad castimoniam accitandos aspectu formosarum facierum & amabiliu: tum quia contrarium experiuntur; tum quia verum est vt plurimum, quod scripsit S. Gregorius Nazianzenus, *Paucos amabilissimos, esse castissimos.*

Quocirca ex dictis apparet execrandum esse, tanquam perniciem virtutis, & Christiano homine indignum, amorem Platonicum, seu Socraticum, quem Philocaliam, id est, amorem pulchritudinis appellant, quo, vt nugatur Marcellus Ficinus in Commentario conuiuij, à formæ corporis aspectu ad spiritualis animæ, atque diuinæ considerationem erigantur homines. Contrarium enim docuit & Spiritus sanctus, & SS. Patres, ac meliores Philosophi, quorum auctoritate benè hanc perniciolosam doctrinam impugnat nosse Nigronius.

Difficile est in praxi, & vires id naturæ superatæ, formæ pulchri corporis visâ, turpem amorem mens non concipiat erga pulchrum corpus. Vnde ipse Ficinus, Platonis sectator, loco citato fatetur, pulchritudinem à visu ad concupiscentiam tangendi, subito descendere in illis, qui ad vitam voluptuosam prompti & proclines geniti & educati sunt. Quam pauci autem reperiuntur, qui ad talia non sint, præsertim in immaturâ annis ætate proclines? *Species forma semel cordi per oculos alligata, vix magni lacriminis manu soluitur,* inquit S. Hieronymus: imò raro, aut nunquam soluitur in iis, quibus non alibi placet, quàm pulchro veniens in corpore virtus. *Igneus est formosorum aspectus,* teste Chryostomo. Ideo, ne oculus & corpus comburat, & menti flammæ impuræ libidinis iniiciat, omni conatu vitandus est. Verùm quia is oritur ex amore corporum, hic maximè eliminandus est. Quod vt persuadeat S. Teresia, pulcherrimè hac de re ita disserit: *Cùm quis ad elavam eius quod in mundo est, cognitionem à Deo perducitur, intelligit, alium quendam mundum esse, quantaque sit inter vnum & alterum mundum differentia, & vnum quidem æternum esse, alterum verò non nisi merum somnium, & quid sit Creatorem diligere, quid creaturam; & hoc iam per experientiam cognouit (quod sanè longe aliud*

est, quàm ipsum nudè recognoscere, aut credere) ad hac re ipsâ videt & percipit, per illum se perficere, per hunc autem descere & perire; quid denique Creator & Creatura sit, vii & alia per multa, qua Dominus magnâ veritate, & claritate eum, qui, vt ab ipso in oratione instruat, se disponit, docet, aut quemcunque Malestus eius docere voluerit, qui ergo eiusmodi sunt, hos longe aliter amare cenfeo, quàm nos, qua hucusque non peruenimus fieri potest, charissime, vt abs re videatur nobis esse, hac de re me agere, & dicatis vos, quicquid hic dixi, iam dum optime scire & perspectum habere: faxit Deus id ita esse, ita, inquam, vos id scire, vt sciri oportet, in iis ipsum visceribus imprimendo. Id ergo si sciueritis, videbitis haud dubiè me neutiquam mentiri, cum eum, quem huc Dominus prouebit, ad hunc amoris gradum dico peruenisse. Quos ergo ad hunc statum Dominus promouet, illustres quadam, & regia sanè sunt anime. Vt pote quibus satis non est, tam vile & abiectum quid, atque corpora hæc nostra sunt, quantumcunque ea pulchra sunt, & quantumcunque gratiù, & dotibus donata diligere. Placent hæc quidem exterius oculis illorum, ipsumq; Creatorem his visis laudant & prædicant; at non propterea affectum ipsis, & animum applicant. Ita, inquam, illis adhaerent, vt ob illa hæc diligere, imò vanum quid se diligere & vmbra amare velle putarent, atque adeo sibi met ipsi irascuntur, nec auderent Deo, sine magnâ verecundiâ, dicere, se eum diligere.

Quarò, Aspectus etiam iuuenum imberbiu non necessarius, sed ex merâ inclinatione salacis naturæ ortus, fugiendus est. Nam, vt ait S. Basiliius, *plerunq; in Adolescentum corporibus, tametsi summo perè continentia colenda macerare se studeant, nescio quomodo naturalis ætati illi coloris quasi quidam decor efflorescit, in quem qui inspexerint, y libidinum plerunq; stimulis solent permoueri.* Ideo ad custodiendum aspectum & cor à peccatis, quæ per oculos se ingerunt, monent Sancti, & præsertim S. Bernardus & S. Dorotheus supra citati. Et S. Isaac Syrus, à fiducia iuuenum, & allocutione fuge, sicut ab amicis diaboli. Hanc ob causam S. Sabas nullum imberbem in suum Monasterium admitti voluit. Et quamuis primus intuitus talium soleat esse innoxius, tamen ex illo, tanquam ex vno silicis ictu, exigua scintilla elicit accendit fomitem, & sensim magnum excitat incendium, etsi non repentinum, vti contingit per cuniculos euerio magnarum Ciuitatum, lento progressu, lychno ardente. Id eod Saluanus oculos appellat naturales quosdam animi cuniculos. Nam per illos paulatim, non semper repente, aduritur ab igne concupiscentiæ, & eueritur castimonia. *Quemadmodum cerua, inquit S. Chryostomus, confixa iaculo in vitali corporis parte, etiamsi venatorum effugiat manus, nihil inde fert lucris; sic animo concepto concupiscentiæ iaculo è curioso aspectu, etiamsi cum iaculo permittatur abire, tamen ipse per se corrumpitur, ac perit, vti que videns hostem, & insequentem habens.* Merito ergo nosse P. Petrus Faber, et si duodecimo ætatis annu

297.  
Seri. de inst. M6.  
de cost. mund. cap. 45.  
298.  
l. de prom.  
hom. 3. de verb. Isa.  
299.

anno se voto castitatis obstrinxerit, eamque integram conseruauit, ad uitae finem, adeo caute uixit, & omnes fugiebat eius maculantes occasiones, ut hanc suis oculis legem indixerit, ut non ab atate grandiore modo, uerum etiam a puerilibus, ac puerilibus, aspectum omnem, tamesi mens spectandi esset optima, cohiberet; gnarus nempe illius praeccepti, sententiae, Gregorij, unum illum turpes in actiones praue, non tibi, qui sibi & in rebus, honestisq; didicerit temperare.

300. de specta. cap. 25.

de cultu fem c. 2. Coll. 7. c. 26.

301.

l. de uerâ virgin.

302. l. 2. 1. mor. cap. 2.

303.

1. par. c. 11.

neant, nec immoderate eos eleuando, nec in hanc, aut illam partem circumflectendo. Quod ipsum tanti fecit S. Pater, ut multo ante factas Regulas Modestiae hanc de oculorum tali, qualem uidimus, custodia, etiam in Regulas Communis, quibus Domus Professa Romana anno 1549. dirigebatur, inseruerit. Nec hac contentus etiam Tertiam addidit, quoad oculos: Non desigatur aspectus in aliorum uultus, sed potius sub oculos. Quod tanti etiam fecit S. Pater, ut cum P. Oliuerius Manaræus Rector Collegij Romani ad gubernandum Collegium Lauretanum transferretur, & ualedicturus S. Patri, quem amplius se in hac uitâ non uisurum putabat, oculos in eum, ex pio deuotionis affectu fixisset, nolens quidem illum coram aliis confundere, post solum Religiosum amplexum, dimisit in correctum; P. Polanæum tamen, cum quo Oliuerius uenerat, apud se detinuit, ut Olinerio portam Domus egressuro, nomine suo diceret; Quod in eum nimis fixè oculos tenuisset quietos, hanc penam statuerit, ut quotidie in examine saltem semel consideraret, an alicuius persona, quam reuereri deberet, fixis in eius uultu oculis, diutius fuisset intuitus; & ut post Examen. Orationem Dominicam cum Angelica Saluatione recitaret, & quoties demique ad P. N. scriberet (scribere autem debebat, ex praescripto illius temporis Regula, singulis hebdomadis) reserret, an perfoluisset penitentiam, nec ne. Hac porro penitentia extracta est usque ad decimum quintum mensem, quo exoluto, significauit P. Iguatius, ut deinceps abstineret. Hoc implemet P. Oliuerius per literas ad me è Belgio Romam missas anno 1599. 25. Martij (ubi hic ex illis descriptis) significauit. Si ergo ab aspectu pio & sancto, rei honestissimæ, uoluit S. Pater tam religiosè custodiri oculos, quantum magis ij continendi sunt, ne in eâ curiosè ferantur, quæ praestaret nunquam uidisse. Non uidebantur autem, si uultu demisso, in terram oculos demittebant. Quod uiris faciendum esse olim bene dixit quaedam meretrix; quæ teste S. Gregorio Nysseno, cum S. Ephræmum fixis oculis esset intuita, & ab eo, cur id faceret rogata, respondit: Te aspexi, quoniam ex te, uiro sum, tu autem me ne respicias, sed in terram, ex quâ sumptus es, oculos tuos reuertique. Quod responsum optimi documentum loco audiuit S. Ephræm, ut deinceps oculos terræ fixos, nunquam ad profana spectacula eleuaret. Multis enim ea nocere. Nam etsi fieri possit, inquit Clemens Alexandrinus, ut qui uidit se fortiter gerat; ueruntamen, ne cadat, cauendum est. Fieri enim potest, ut, qui uiderit, labatur, sicut fieri non potest, ut, qui non uiderit, concupiscat. Meritò ergo S. Bernardus oculos in genere ait Esse occasionem peccati, iudicium commissæ culpæ, causam committendæ. A, que ita in S. Malachia laudat eius oculos, uel potius ipsum, propter rectum usum oculorum, quod studio cohibiti intra se, uirtuti, non leuitati; necessitati, non curiositati, paterent. Hinc Eccl. 36. Spiritus sanctus ait: Nequius oculo quid creatum est? 16. Meri-

304.

305. In uita S. Epit.

306. l. 3. par. cap. 11.

307. de grad. humil. In uita S. Malach.

308. Eccl. 36.

Merito etiam S. Basilius, uti auctor est S. Am-  
philochius, rogatus à Libanio Sophista Scholæ  
Magistro, quem adierat, ut ad eius discipulos  
verba faceret, illos inter alia, vir tam grauis, &  
sanctus serio monendus censuit, Pudore armari,  
demitto habere oculos, sursum animum. Et Iulianus  
conuictus honesti decore gloriabatur se, dum  
esset Christianus, à pædagogis instructum, De-  
misso in terram vultu, esse consueuisse. Quem morem  
Paulo, natu grandi, tribuit S. Chrysostomus, &  
Saryo Fratri S. Ambrosii, In cætu, inquit, viro-  
rum raro eleuabat oculos, quod pudico quadam mentis  
pudore faciebat. Et V. Beda ponderans illa Ioan-  
nis verba, ubi dicitur Iesus subleuasse oculos,  
Hoc, inquit, memorauit, ut disceremus, quod oculos non  
erigebat huic atque illuc. Quod etiam Theophyla-  
ctus obseruauit. Est id species quædam vere-  
cundia, Deo gratæ. Multum verecundia placet,  
multum gratia conciliat apud Deum, inquit S. Am-  
brosius. Nonne hæc prætulit Publicanum, & com-  
mendauit illum, qui nec oculos audebat ad cælum ele-  
uare? unde Palladius ait, Infelicia, sortis, ex ipso ocu-  
lorum motu, pudicos agnoscere ac fugere viros, non se-  
cus, atque infirmus oculus Solis iubar, & vultur yn-  
gentium. Et e contra, inquit Clemens Alexan-  
drinus: Versatilibus & tanquam conueneribus oculis  
intueri, nihil est aliud, quam oculus morbari. Cum per  
oculos cupiditas ineat prima pugna preluuia.  
Septimo. Ad custodiam oculorum spectat vel  
maximè, abstinere à lectione Poëtarum, & li-  
brorum illorum in quibus narratur vel impu-  
dicæ historiae, aut fabulæ, vel res ad obscenam  
membrorum, vel actuum descriptionem ana-  
tomicam spectantes, nulli Religioso, solis chi-  
rurgis & Medicis, infirmos curantibus neces-  
saria, & his similia: Vt & fædarum rerum voca-  
bula, quæ in Dictionariis, & Lexicis continen-  
tur ac Castis. Sanè S. Ambrosius ideo Loth  
Vxorem conuersam esse ait in statuâ salis (quod  
luxuriæ symbolum & incitamentum est) quia  
conuertit oculos ad videndam nationem lasciu-  
iam. Si ergo tam perniciosus fuit ipsi aspectus  
ille, minimè irritatiuus libidinis, quantò magis  
lectio librorum obscena tractantium, vel ex-  
plicantium? Quocirca si S. Hieronymus, ut de se  
ipso scribit, acerrimè diuinitus castigatus est,  
quod plus Ciceronis, quam Sacrorum libro-  
rum lectioni vacaret, quas non merebuntur  
pœnas ij, qui turpium librorum lectione & o-  
culos, & mentem fædant, & sæpissimè ad scele-  
ra grandissima patranda perducunt? Semper  
autem saltem illorum periculis manifestis se  
exponunt. Ideò omni conatu oculi pudici (qua-  
les esse oculos religiosos decet) à tali lectione  
auertendi sunt, eas ob causas, quas in separato  
Opusculo, de vitandâ turpium librorum lectione  
(ne in hoc sim longior) diligenter tractaui.  
Hoc tamen loco id addendum videtur, etsi  
omnibus profus necessarius sit talis, qualem  
explicauimus, oculorum vsus, multò tamen magis

illis, qui passi sunt aliquando naufragium casti-  
tatis. Benè enim monet Seneca: Qui disponere  
vult desideria rerum omnium, quarum cupiditate fla-  
grauit, & oculos & aures ab his, quæ reliquit, auertat;  
citò rebellat affectus, quocumque se reuerterit. Quod  
verissimum est, etiam dæmone ad illicita non  
impellente, sed certius, si dæmonis tentamenta  
acceperint. Dæmones enim, ut ait S. Isidorus His-  
palensis, scientes pulchritudinem animæ esse casti-  
tatis, & per hanc hominem Angelicis meritis, ex quibus  
ipsi lapsi sunt, coaquari luore percussi inuidia, iniiciunt  
per sensus corporis opus, desideriumq; libidinis, quate-  
nus ex cælestibus deiectam animam, deorsum trahant,  
secumq; quos vicerint, gloriantes ad tartara dedu-  
cant. Ideò præclare monet S. Chrysologus, ut ita  
consideremus, quod sensibus percipere debe-  
mus, sicut aspicimus, quod ori ingerimus: quia,  
inquit, sicut venter cibis, sic cor sensibus pasitur &  
repletur. Vnde sicut pestis tempore portæ Ciui-  
tatis, & domiciliorum custodiuntur, sic nostri  
sensus, & in his oculi (quos Laërtius appellat  
Solis ianuas) diligenter custodiendi sunt, quam-  
diu viuimus. Ideò S. Chrysostomus monet: Ani-  
ma tua ianuas munire festina, non aures tantum  
as, sed etiam oculum.  
Oportet. Auertendi sunt etiam oculi ab omni-  
bus iis rebus, quæ etsi peccata non sint, nec ad  
peccata alliciant, ita tamen fædæ, ut eas non nisi  
amens, tactu odoratue vellet percipere. Quæ  
ergo homines honesti tangere, & odorari de-  
trectant, tu ne aspicias. Hæc causa est, ob quam  
cælestis honestatis amator, Deus, cum dilecto  
suo populo, præcepta viuendi præscriberet, non  
dedignatus est, & ut ita dicam, nõ erubuit, om-  
nibus sæculis in Ecclesiâ extare hanc legem, le-  
giquæ voluerit; Sic enim scriptum legimus: Ha-  
beas locum extra castra, ad quem egrediaris ad requi-  
sita natura, goremq; paxillum in balthæo, cumq; sederis  
per circuitum, & egesta humo operies, quo reuelatus es.  
Ne autem præceptum hoc Dei contemneretur  
ut leue, subdit causam præcepti Legislator: Do-  
minus enim Deus tuus ambulat in medio castrorum, ut  
eruat te, & tradat tibi inimicos tuos. & sint castra tua  
sancta, & nihil in eis appareat fæditatis, ne derelinquat  
te. Magna comminatio, quia cum periculo de-  
relictionis diuinæ, Deus ipse non vult extare  
fæditatem, quæ possit in oculis incurtere. Au-  
uertendi ergo sunt à rebus talibus oculi illi, in  
quibus habitat Deus, quippe omnibus creatu-  
ris intimè præsens, & ad quarum actiones om-  
nes suum ipse diuinum concursum, tanquam  
prima & vniuersalis causa, adiungit, ne (ut hu-  
mano loquar more) cogamus quodam modo  
Deum, suum Diuinum concursum ad rerum  
fæditissimarum aspectum non necessarium ap-  
plicare, non decet illos oculos, quibus orbes  
cælestes, & sidera & sacras imagines, & SS. Eu-  
charistiæ species intuemur, contaminare rerum  
abominandarum non necessario intuitu. Ne  
Deus exprobet, uti S. Catharina Senensi, pro  
alio-

aliorum instructione dixit : *O miser, contemnis quod gratiose exhibui tibi, scilicet, ut pro gloria mea aspiceres celum, & alia pulcherrima, quae videre potes in creaturis meis. Et ut aspicias alia ministeria mea: & lutum atque miseriam aspiciendo, mortem adipisceris.*

314. *Non d.* Spectat & hoc ad perfectum usum oculorum, ne etiam res non malas, imò bonas, aspiciamus curiose, non cogente nos necessitate, aut vilitate aliqua, vel saltem certâ & non fictâ spe illius. Alioqui talis aspectus saltem oriosus actus esset, ac proinde peccatum, & quidem maius verbo otioso: quia ceteris paribus, uti bene Theologi docent, grauiora sunt operum, quam verborum peccata. Sanè suprema illa Diuina Maiestas & Sapia tantum hanc rem fecit, ut non dubitauerit per suum Angelum inter Regulas miro ordine, & non ordinario modo incisâ in tabulâ creâ tradere, etiam hanc dilecto seruo suo Pachomio: *Ne Frater Fratrem videat mandentem comedenti non licet loqui; nec extra quadam & mensam vsque alio oculos conuertere.*

Pallad. hist. laul. sect. 35.

in paren. num. 3.

Præfat. in Reg. Pachom.

Hoc ergo nobis sufficiat ad hanc rem sanctè seruandam, quòd eam Deus ipse per suum Angelum Sancto seruo suo, & per eum nobis, vè seruaremus, præscripsit. Hinc S. Ammon Abbas, multorum Monachorum in Nitriâ Pater, qui tempore Constantini vixit, monet: *Cauas aspectum hominis, nisi necesse sit.* Et S. Hieronymus describens viuendi modum veterum Monachorum Tabennensium, ad quorum imitationem se & alios excitat, inter alia vltimo loco commemorat: *Nemo aspiciat alterum operantem, sed defixis luminibus vnusquisque in suo opere contentus est.*

De Aegyptiis Monachis, maximè Tabennensibus, scribit Cassianus: *Tantam vescentibus iis silentij disciplinam seruauit, ut eucillus vltra oculorum palpebras demissus (ne scilicet liber aspectus habeat cutiosius copiam euagandi) nihil amplius intueantur, quam mensam, & appostos in eâ cibos, ita, ut quemadmodum, vel quantum respiciat alius, nullus inuicem notet.*

315. *Scilicet.* Seruabat hoc exactè noster P. Thomas Sanchez, qui oculis humi defixis semper incedit, & cum aliquos conglobatos transiret, nunquam substituit, nec quid agerent, vidit. In mensâ nec ipsas lances aspiciabat, priusquam sumeret, assidentem sibi nunquam, imò nec ministrantem cognoscebat. Ductus aliquando à Patribus Dominicis per Monasterium, oculos semper clausit, laudabat tamen omnia, ne aduertent nihil ab eo aspici. Ita non visò Monasterio, ad quod inuitatus erat, domum rediit. Hic ponenda sunt & alia documenta S. Dorothei: *Cùm Præpositi tui, seu Magistri, vel amici cuiusdam, cellam ingrederis, caue ne quicquam eorum, quæ ibi fuerint, curiose serueris, aut intuearis. Quicumque enim impudenter & curiose in his se gesserit, habitum & Professionem Monasticam mentitur, & Christum, qui eam instituit.*

Sci. 20.

Quid hæc de re senserint veteres Philosophi,

ac si essent in scholis Christianorum Ascetorum educati, refert Laëtantius: *Voluptas, inquit, oculorum varia, & multiplex est, quæ capere ex aspectu rerum, quæ sunt in vsu hominum, vel naturâ, vel opere delectabiles.* Hanc Philosophi rectè susulerunt. *Aut enim multò esse præclarior, & homine dignior, celum potius, quam cetera intueri: & hoc pulcherrimum opus intermicantibus astrorum luminibus, tanquam floribus, adornatum, quam ficta, & picta gemis distincta mirari.* Vetat etiam Clemens Alexandrinus: *Supinâ ceruice obuios respicere, an ipsum aspiciant, tanquam pompam in canâ traducentem, & annulos ostentantem.*

Decimò. Non satis est ad perfectum usum oculorum, ab his, quæ commemorauimus, abstinere, sed entendum, ut tam decora, & grauis, cælesti tamen quadam iucunditate, sit eorum compositio, eò vsque, ut illos spectantes excitentur ad desiderium & amorem virtutis. Sic Virgo Beatissima, purissimo suorum intuitu oculorum, instillabat quandam puritatis amorem spectatoribus: seu, ut scribit S. Ambrosius, *Præsentia suâ integritatis insigne aliis consuebat.*

Idem de B. Stanislao tradiderunt eius familiares, & de B. Alouysio Gonzaga, ac Ioanne Berchmans scripsit P. Vergilius Ceparius in eorum Vitis. Hoc ipsum in sancto illo nostro latnore, Alphonsò Rodriguez enituit. Nam quæ admodum scribitur in eius vitâ: *Solo aspectu eius, qui eum intuebantur, componebantur, & mouebantur ad deuotionem, & desiderium eius imitationis, eò quòd serior interior illius, per omnia eius membra & sensus, tanquam vaporum quandam effunderent, & fumum ex igne incluso.* Porò, ut alibi in eius vitâ additur, *Cum tantâ modestiâ Missæ ministrabat, ut circumstantes, eo viso, componerentur, & ipsi Sacerdotes, tantum sciendo illum assistere, accenderent seruiore & extraradinarî deuotione.* Idè multi secularis verusque sexus procurabant ad esse Missæ, cui ministrabat Alphonsus, quia experiebantur in se, eius aspectu solo, singulares valde in corde seriores excitari.

316. *Li. de iust. Virg. c. 7.*

317. *Li. de iust. Virg. c. 7.*

318. *Li. cap. 11.*

319. *Li. cap. 11.*

320. *Li. cap. 11.*

321. *Li. cap. 11.*

322. *Li. cap. 11.*

323. *Li. cap. 11.*

324. *Li. cap. 11.*

325. *Li. cap. 11.*

326. *Li. cap. 11.*

327. *Li. cap. 11.*

328. *Li. cap. 11.*

329. *Li. cap. 11.*

330. *Li. cap. 11.*

331. *Li. cap. 11.*

332. *Li. cap. 11.*

333. *Li. cap. 11.*

334. *Li. cap. 11.*

335. *Li. cap. 11.*

da, vel non nisi eo tempore; quando citra supradicta incommoda posse legi prudenter videbuntur.

Refert huius rei exemplum Cassianus de quodam Monacho, qui, cum ei post annos 15. Patrie ac Matris, multorumq; amicorum de Provincia Ponti quam plures epistole delatae essent; accipiens grandem fasciculum literarum, denique apud semetipsum voluens, quantum inquit, cogitationum causa erit mihi harum lectio, que me vel ad inane gaudium, vel ad tristitiam instructuos impellent? Quot diebus eorum recordatione qui scripserunt, intentionem pectoris mei a proposito contemplatione renocabunt? Post quantum temporis digressa est haec mens consilio? quantoq; labore rursus iste tranquillitatis reparandus est status? Si semel animus literarum permotus affectu, eorumq; recensendo sermones, & vultus, quos tantoperè dereliquit, iterum eos reuiderit, ipsiq; cohabitare, ac animo & mente caperit interesse: quos profectò corporaliter deseruisse nihil prodest si corde eos incipiat intueri, ac memoriam, quam saeculo huic renuntians quisque velut mortuus abdicauit, reuiscens tandem rursus admiserit. Haec voluens in corde suo, non solum nullam resoluere epistolam desinuit, sed ne ipsam quidem fasciculum resignare, ne scilicet eorum, qui scripserant, vel nominare recensendo, vel vultus recordando, à Spiritu sui intentione cessaret. Itaque ut eum constrictum susceperat, igni tradidit comburendum. Ite, inquit, cogitationes Patrie, pariter concremanini, ne me vltius ad illa, que fugi, renocare tenteris. Simili modo S. Ignatius allatum è Patria literarum fasciculum, non lectum in ignem illico abiicit, cum ei oranti Ianitor importunè obtulisset, rem gratam se ei facturum existimans. Vti scribit Ribad. in vità eius.

Sic & S. Carolus Boromæus, teste Giussano in eius vità literas cremavit, à quodam Episcopo missas, in quibus dictum ei fuerat, detectas nuntari insidias, quæ ad eum interficiendum parabantur, hanc ommissa eatum lectionis causam afferens, ne quid ex lectione eorum perturbationis in mente exurgeret: vnde vel charitas erga aliquem labefactari, vel attentio in Missa, ad quam se præparabat, posset imminui.

Undecimò, Etiam si nulla mentis timeretur perturbatio ex lectione literarum, tamen vel ad acquiendum plenum bonorum affectuum dominium, vel ad mortificandum desiderium citò rescindi nobis scitu necessaria vel vtilia, quorum lectio sine vllò damno differti potest, præstat in aliud tempus literarum lectionem differre, donec in quodam veluti æquilibrium mens constituta, non magis se propendere sentiat, ad non legendas eas, quam ad legendas. Hoc fortasse spiritu ductus noster P. Antonius Pinus, per quendam à Germano Fratre salutatus respondit: Eius ego epistolam, abhinc 3. annos accepi, quam etiam nunc obsignatam asseruo, & eà pro atramentarij operculo commode vtor.

Imitemur ergo hanc modestiam in oculis Sanctorum, quæ cum omnibus Religiosis, tum

maximè nostræ Societatis hominibus necessaria est, quos Deus elegit, vt aliorum quoque salutis ac perfectionis quaerendæ incumberent. Ad hoc enim plurimum conducit modestia oculorum, quæ vultus religiosus exornatur. *Dicere non desinam, inquit S. Chryostomus, Quod non solum doctrina & admonitio, & consilium, sed & Sanctorum aspectus, atque vestium amictus, & calceorum mos, multum habet vtilitatis, ac voluptatis. Ideò idem S. Chryostomus confortans suos ciues, ne Imperatoris metuerent iracundiam, id suadet exemplo Flauiani Antiocheni Pontificis, qui ad leniendum Imperatorem iuetat, ratus solo eum aspectu mitigaturum. Sanctorum enim, inquit, non tantum verba sed etiam ipsi vultus, spirituali gratia pleni sunt.*

Hinc S. Lucianus Martyr solâ oris modestiâ, etiam ferocientes homines, ad cultum religionis adducebat. Quod cum intellexisset Maximianus, qui eum in martyrio affectu, non est ausus ad se vocatum aspicere, ne eius modestiâ caperetur, & Christianus fieret, sed velo interposito eum est allocutus. Sic de S. Ephræm scribit in eius vitâ S. Gregorius Nyssenus, Aspectus, inquit, illius Angelicus idoneus erat, qui sine vllâ oratione solus ad commiserationem, intuentes commoueret. Tanta in eo tum simplicitas, tum mansuetudo, tum probitas cernebatur. Nullus erat tam impudens, qui non intuens eum, rubore persunderetur, sed, ipso melior & modestior, fieret. Talis erat Romanus à Theodoro laudatus; Qui multos solo aspectu fecit rerum diuinarum amatores, & quos quot ad eum ventitabant, eos & aspectu & sermone, toto vitæ tempore impleuit vilitate.

De S. P. N. Ignatio P. Ludouicus Consaluus eius Minister scripsit, ad Ioannem III. Lusitanæ Regem ( à quo erat missus ad obseruanda dicta & facta S. Ignatij ) *se nullo tempore lectionis, vel orationis tantopere moueri, & ad amorem Dei accendi, quàm tempore quo intuebatur Ignatium.*

Tales ergo & nos conemur esse, si volumus esse veri Filij tanti Patris, & quia modestia est apud Deum locuples, vt ait S. Petrus Apostolus, per oculorum modestiam, etiam in minimis rebus studiosè seruata, valdè thesauris meritorum cælestium ditabimur, & à minimis ad maximos in cælesti gloriâ honores euehemur. *Dives autem ideo modestia, inquit S. Ambrosius, quia portio Dei est; hoc est, vt quidam explicant, pars notarum inhabitantis Dei.* Quocirca exemplo eorum, quos Archebius Episcopus Panephytiensis apud Cassianum laudat, *Sanctitas in ipso etiam fulgeat aspectu, vt vel sola contemplatio nostri magnam intuentibus possit conferre doctrinam.* Et, vt monet S. Chryostomus, *Omnes virtutis colores, in facie nostrâ eluceant.*

His adiungo præclara monita data ab Hugone de S. Victore de externa compositione membrorum. *Diligenter obseruandum est, vt singula membra suum teneant officium, nec vsurpent alie-*

322.

tom. 4. in Salute Priscam. hom. 3. ad pop.

relig. hist. cap. 11.

1. Pet. 34.

1. 1. Offic. cap. 16.

Coll. 11. cap. 2.

hom. 36. in Gen.

Q

de nou.  
instruct.  
cap. 11.

num. Deinde ut vnumquodque suum opus tam decenter ac modeste impleat, ut per indisciplinam oculos insipientium non offendat. Item discretio actionum in membris obseruanda est, ut scilicet id agat vnumquodque membrorum, ad quod factum est, ut nec loquatur manus; nec os audiatur, nec oculus lingue offensum assumat. Sunt quidam, qui nesciunt auscultare, nisi buccis patentibus. Alij loquentes digitum extendunt, supercilia erigunt, aut oculos rotantes, aut profunda ponderatione desigentes cuiusdam intrinsecus magnificentia conatus ostendunt. Alij caput iactant, comam excutunt, vestimenta adaptando componunt, & latera cubitando, pedesq; extendendo ridiculam saris ostentationis formam fingunt. Alij quasi amba aures ad audiendum facta non sint, alteram tantum collo deorto voci venienti opponunt. Alij nauisugant brachijs incedentes: & duplici quodam monstro, vno & eodem tempore pedibus deorsum in terram ambulant, & lacertis sursum in aere volant. Quid est, queso, monstrum hoc, quod simul in se fingit hominis incessum, & nauis remigium, & auis volatum? Prima igitur custodia discipline in gestu est, ut vnumquodque membrorum in eo officio, ad quod creatum est, se contineat, ut id quod facit, eo modo faciat, quo faciendum est; nec plus, nec minus, nec aliter. Et ut in paucis exemplificemus, ridere debet sine apertione dentium; videre sine desixione oculorum; loqui sine extensione manuum, & extensione digitorum; incedere sine ventilatione brachiorum, & sine gesticulatione scapularum; sedere sine alterutra superiectione pedum, sine extensione, vel agitatione talarum, & sine acubatione laterum.

## CAPVT DECIMVMQVINTVM.

Notanda tempore prandij & cena.

323. **N**on parui facienda sunt monita, quae a vitæ spiritualis Magistris tradi solent, de modo accumbendi mensis, & vescendi. Siquidem inter Regulas ab Angelo dictatas S. Pachomio Regula vndecima prescriptum est, ut vnusquisque Praepositorum doceat in domo sua, quomodo debeant cum disciplina & mansuetudine comedere. In primis seruandum est monitum S. Basilij datum de modo accumbendi mensae, cuius prima subfella vult externis dari a nobis, dum nobiscum prandere contingat, & nobis primus deferatur locus, iubet eum modeste recusare: Si tamen Patrifamilias urgeat, verat contendere. Quia, inquit, cedendo; parendoque ad veram humilitatem peruenimus: quando maius superbiae signum est, nimis praefratre contendere, quam principem locum in subfella tenere, quandoquidem id facere iusti obtemperabimus. Et quoniam inter Regulas S. Pachomij reperitur nonnullae hac de re (at aptae omni Statui Clericorum, in communi viuentium, recensebo hic eas.

Ante omnia comestionem praecedat mensae benedictio. Tertull. in Apolog. cap. 35. scribens de conuiujs olim Christianorum & cenis: Aequè oratio conuiujs dirimit, inde disceditur non in cateruam cestionum, neque in classes diuersionum,

nec in eruptiones lasciuiarum, sed ad eandem curam modestiae & pudicitiae, ut qui non tam canaru cenauerint, quam disciplinam.

Porrò praeter ea, quae in Regulis Societatis praescripta sunt, & in superioribus capitibus dicta, quoad mortificationem gustus, & aspectus, & vsum digitorum, ac manuum, haec quoque, dum cibo corpus reficitur, obseruanda sunt.

I. Euntes ad usque vescendi locum, de Scripturis aliquid meditabuntur, inquit S. Pachomius in Regula ab Angelo dictata.

II. Dato signo statim properandum ad mensam, ne tardè veniatur, quod etià Deus S. Pach. ordinauit.

III. Ne ante Praepositum Domus, vllus olim in mensa extenderet, praescriperat hoc eum S. Pachomius, quod deinde etiam in Regulis Societatis primà vice impressis, anno 1561. inter Regulas Communes positum fuit.

IV. Inter edendum, à risu, colloquijs, & circumspessione timendum esse, Angelus S. Pach. docuit; uti & hoc, ut si aliquid necessarium fuerit ad mensam, nemo audeat loqui, sed ministrantibus signum detur sonitu.

V. Comedendum & bibendum sine voracitate, & auditate, & excessu, quemadmodum, ut ait Aecetius, Viras graues, & cultu ac reuerentià dignos decet; nam neque propter famem decet vehementer insatibiliterq; impleri, neque propter sitim instar sorbentium exhaustire totum calicem; multoque minus ob edacitatem, in conspectu omnium audiuis vel placentiam, vel aliud quippiam ex delicatioribus obsonijs deuorare.

Si egressus fueris a cibo, ne loquaris in redeundo, donec ad locum tuum peruenieris.

Ministri, his tantum vescantur cibis, qui in communi Fratribus preparati sunt, nec mutatos cibos, sibi audeant preparare, & suam partem accipiant ab alio, nihil suo arbitrio vendicantes. Neminus, plus alteri dent, quam alter acceperit. Quod si obtenditur infirmitas, Praepositus domus per ministros aegotantium necessaria suppeditabit.

In mensa ictu cultelli vel quomodolibet aliter signum cum sono facere, ad eos, quorum est super defectibus mensa intendere, pertinet, nec id facile ab alijs debet vsurpari.

Ibidem. Nunquam ad mensam ad prima se ingerat loca, sed ea caute sedulà si valuerint prouisione declinent, ut vix ab alijs perpendatur. Locus superior, ad quem necessitas, vel Superiorum trahit inductio praesumptionis vitium non inducit.

Ibidem: Si quando iuxta Superiorem, vel alios necessario sederint, non se nimis applicent iuxta eos.

Ibidem: Praesumptionis signum est, si errante in mensa lectura alter submissitret aut circumspiciat, quasi eum legentis defectus non lateat: quod frequenter solent facere minus docti.

Si te iussis vel pituita cum ad mensam sedes inuasit, ferit, verte faciem tuam retrorsum, & expue modeste, inquit S. Dorotheus.

Vide plurimum. 203. & seq. & nu. 221. & seq. 229. 232. 236. 237. 239. 244. 253.

NICO-

Reg. 21.  
f. 12.

S. Pach.

S. Bonau.  
Spec. disc.  
1. p. c. 5.

Scr. 20.